LIBELLUS SUPPLEX

PRÆSENTANDUS

PER MANUS FAMILIÆ ULTRAMONTANÆ

Rm̃is, & Admodum RR. PP.

MINORIBUS

CONGREGATIS

IN CAPITULO GENERALI ROMÆ

Sub die 16. Maij 1750. celebrando

PRO

Jurisdictione Commissarii Generalis ejusdem Familiæ in Provincias Recollectorum illustris Nationis Galliæ, &

PRO

Libera facultate earumdem Provinciarum recurrendi ad eumdem Prælatum Generalem Familiæ, pro debito Pastoralis regiminis beneficio.

CONTRA

Summarium, & Restrictum Juris, & Facti Typis data à R. Adm. P. F. Marco Antonio Gravois Diffinitore Generali.

SCRIPTUS

A. P. F. Eugenio de Olozaga, Lectore Jubilato, olim Guardiano, & Rectore Conventus, & Collegii S. Joseph Tolosani, Patre suæ Provinciæ Cantabriæ, & aliarum in Hispania, Secretarioque Generali Ordinis Septennali.



ROMÆ ANNO JUBILÆI MDCCL.

TYPIS JOANNIS GENEROSI SALOMONI IN FORO S. IGNATII.
SUPERIORUM PERMISSU.



N. 1. REV. A. P. Marcus Antonius Gravois, Lector Theologiæ, & ex Procurator Generalis Recollectorum, & Discalceatorum, Diffinitorque Generalis, Summarium, Typis datum obtulit Rm̃o P. N. Cajetano à Laurino, dignissimo Ministro Generali totius Ordinis S. Francisci, contra jurisdictionem Rm̃i Commissarii Generalis Familæ super Recollectos Galliæ; ne Rm̃us Joannes de la Torre, & alii Familiæ Commissarii, pro tempore extituri, ullum jurisdictionis actum super illos exercerent: nec ipsi Recollecti aliquem recursum haberent ad eosdem Commissarios. Et Rm̃us Laurinus dignatus est, libellum ad dictum Rm̃um Torre transmittere: Et iste facillimo negotio promptè, & magistraliter ab omnibus à R. A. P. Gravois expositis, se expedivit sua jura, & rationes producendo per Epistolam 17. Novembris 1743. Matriti datam.

2. Putabatur, & ita judicavit Rm̃us Torre, sedasse lites, contentiones, jurgia, & schismata à R. A. P. Gravois excitata: at contra evenit; nam in alio libello intitulato: *Restrictus juris, & facti*, reproduxit suam chimæricam prætensionem, non novis rationibus stabiliendo, sed easdem, jam impugnatas, transcribendo, easque typis dando: Et crepantibus verbis zizaniorum semina sparsit, multa malè dicendo, & nihil benè probando; non nè erant illico colligenda? Ita sanè de jure.

3. At Rm̃us Torre, Paterno affectu commotus, immotus mansit, atque patienter expectandum ad tempus messis satiùs duxit: nec propterea à vigilantia debita desciscere judicandum, si in memoriam revocetur Parabola de zizaniis, quæ licet visa sint immediatè colligenda, tamen noluit prudentissimus agri Rector, quantumcumque inclamarent protinùs eradicanda, Servi Fideles, bono zelo ducti.

4. Sic, licet Rm̃us Torre vidisset, quam aerèa, somniata, & falsa essent allegata à R. A. P. Gravois, sua maxima prudentia ductus, illa denuò nolluit impugnare, ne R. A. P. Gravois, & alii pauci Consortes ejus, voce, ac nomine Provinciarum, suis privilegiis abutentes, lites moverent, quæstiones inducerent, & Religionis pacem, ac tranquillitatem perturbarent.

5. Ne autem prudens silentium Prælati Generalis Familiæ, conniventia videatur, & ne in perniciem gubernii Religionis designati à Leone X. cum consultatione maxima PP. Concilii Lateranensis, (non sine speciali assistentia Spiritus Sancti) & præcipue in maximum detrimentum hujus nostræ Familiæ, jam ceptum serpat incendium, cumque ex jure naturæ Subditus Superioris, & Filius honorem debeat defensare Parentum, prætensio R. A. P. Gravois, quam levibus nitatur fundamentis, ostendam; non fallendi, sed refellendi voto hanc provinciam suscepi; nec pugnaturus, sed propugnaturus in arenam descen-

descendo; non pellere illustrem, & Religiosam Familiam Recollectam Nationis Galliæ intendo à suo antiquo jure; sed propellere injuriosam prætensionem independentiæ à Commissario Generali Familiæ, argumenta Allegantis solvendo, & refellendo.

6. Allegans ergo iu Summario, & Restricto juris, & facti prætensam independentiam Recollectornm Galliæ à gubernio Rmi Commissarii Generalis Familiæ, probare intendit, primò per Constitutiones Apostolicas, per Regia Decreta, & Parlamentorum placetatas: secundò per Statuta Nationalia, & municipalia Provinciarum, ab eisdem Regiis Decretis confirmata: Et denique per consuetudinem, & praxim à PP. Recollectis contestatam: quibus omnibus, & aliis incidenter propositis, per sequentia capita fideliter respondeo: & ante omnia sit.

Quæstio Proæmialis de authoritate Generalis Ministri, & Commissarii Generalis Familiæ electi secundum Bullam Unionis.

ARTICULUS PRIMUS.

De forma regiminis Religionis Seraphicæ.

7. SERAPHICUS PATRIARCHA FRANCISCUS, sicut in traddendis præceptis suæ Regulæ, Evangelium solùm habuit pro forma, ita in Fundatione suæ Religionis illam solam habuit ideam, quam in stabilienda Ecclesia sua habuit Filius Dei, factus homo: Dei autem Filius Petro, & Successoribus ejus commissit gubernium suarum ovium cum plenitudine potestatis: Et hinc licèt diversi Christianæ Reipublicæ spirituales Gubernatores sortiti sint jurisdictionem ordinariam, tamen sunt vocati in partem solicitudinis; non in plenitudinem potestatis: nec censentur exempti à jurisdictione, & regimine Papæ illi, qui à talibus Ordinariis reguntur: siquidem à jurisdictione Papæ nullus Christianus potest eximi: nec Papa ipse potest aliquem à sua jurisdictione separare, cum ipsi, in persona Petri, omnium suarum ovium cura demandata sit à Christo: *Pasce Oves meas*.

Omnes Christiani subduntur Papæ.

8. Non aliter S. Patriarcha Franciscus in Religione Minorum ad normam Ecclesiæ Catholicæ, cap. 8. Regulæ præcepit: *Universi Fratres unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper, habere Generalem Ministrum, & Servum totius Fraternitatis.* Et ideò quamvis in Ordine fuerint vocati in partem solicitudinis Ministri Generalis diversi Prælati, authoritatem ordinariam habentes, non censentur exempti à jurisdicticne Ministri Generalis: nec illi Religiosi, qui à talibus Ordinariis reguntur: siquidem à jurisdictione Ministri Generalis nullus Frater Minor eximi, potest, nec ab ipso Ministro Generali, imò nec ab ipso Papa, manente ipso dispensato in vita Regulari juxta cap. cum ad Monasterium 6. §. Nec æstimet de stat. Monach. cum nequeat dispensare, non violato Statu Regulari in essentialibus.

Omnes Fratres Minores subduntur Generali.

9. Et Minister Generalis post Papam est objectum immediatum

Vo-

Voti essentialis Obedientiæ ex Regula cap.1. *Frater Franciscus promittit, Obedientiam, & Reverentiam Domino Papæ Honorio, & Successoribus ejus canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ: Et alii Fratres teneantur Fratri Francisco, & ejus Successoribus obedire*. Ex quo optimè intulit Capitulum Generale Toletanum 1633. ut advertit Sanctor. cap.1. Stat.4. *Ea ratione teneri Fratres obedire Generali in spectantibus ad Regularem Observantiam, sicut Summo Pontifici in concernentibus Christianam Religionem*. Et Seraphicus Pater in Opusc. Collat.26. *Vellem ipsum tanquam Christi Vicarium ab omnibus, cum devotione, & reverentia honorari*.

Sicuti Papæ in spectantibus ad Regularem Observantiam.

10. Ex quo sequitur Capitula Religionis non posse, instituere aliquod officium, sivè Prælaturam, per quam Prælatus sic institutus, ac ejus Subditi subtrahantur ab Obedientia Ministri Generalis: non enim possunt, scindere unitatem Ordinis; esset autem talis Prælatus dismembratus à Religione, cum esset separatus à capite illo, quod juxta Regulam debet, esse unum: Et ideò quamvis Rmus Commissarius Generalis Indiarum sit institutus secundùm Constitutiones cum plenitudine potestatis super Indos Occidentis, nec ipse Commissarius Generalis, nec ejus Subditi subtrahuntur ab Obedientia Ministri Generalis: ideò Seraphicus Doctor, cap.12. Regulæ, pag.44. inquit: *Patet, quod in hoc non potest Ordo, in aliquo dispensare*.

Ordo non potest dispensare in Obedientia ad Generalem.

11. Sequitur etiam, quod, quamvis Commissarius Generalis Familiæ, electus secundùm Bullam Unionis talis sit, quod sibi in sua Familia *commissæ sunt vices Ministri Generalis* ex lege Pontificia: ita tamen (inquit Leo) quod Commissarius præfato Ministro Generali omninò subjiciatur, *ut cæteri dicti Ordinis Prælati subjiciuntur*: Et cum cæteri Ordinis Prælati, & etiam eorum Subditi subjiciantur Miuistro Generali omninò, & per omnia, etiam Commissarius Generalis Familiæ, & omnes alii Religiosi Familiæ subjiciuntur Ministro Generali; Et Commissarius Generalis est ejus Subditus, non solùm in sua persona, sed etiam, ut Prælatus cum omnibus suis Subditis.

Commissarius Generalis cum sua Familia subditur Generali.

ARTICULUS II.

In quo declaratur Authoritas Ministri Generalis suprà Commissarium Generalem Familiæ.

12. PATET ex dictis, quod Minister Generalis post creationem Commissarii Generalis Familiæ eandem cum isto, & majorem penès se rettinet potestatem, & jurisdictionem ad moderandas, & regendas universas Provincias, eidem Commissario decretas, omnesque Religiosos totiùs Religionis: quia alii *Fratres* (etiam Commissarius Familiæ) *tenentur Fratri Francisco, & ejus Successoribus obedire*: ergo si omnes tenentur obedire, omnibus potest jubere, & præcipere: quia jubere, & obediresunt correlativa, de quibus eadem est dispositio ex jure, & ratione.

Minister Generalis omnibus potest præcipere.

13. Quia ex ratione juris communis, quo cavetur, Prælatum alteri vices suas plenariè dantem, penès se eandem, & majorem retinere potestatem. text. decretorius in cap. Dudum 14. de præb. lib.6. ibi:

Generalis quamvis alteri det suam facultatem, penès se retinet majorem.

ibi: *Quod etsi memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penès nos remansit major*: patet in Principe Supremo Proregem constituente, & in Episcopo Vicarium instituente, qui licet à Can. jurisdictionem accipiat, non tamen exuitur Episcopus jurisdictione, sibi connata, qua concurrit cum illo: Et major est illo, ut tenet Barbosa de potest. Episc. part.3. alleg.54. num.39. cum aliis ab ipso citatis. Geminian. in eodem text. sub num.5. *Licet quis tribuat potestatem alteri actum faciendi, per hoc non exuitur à potestate illa, sed penès eum illa, & major remanet, quod est verum, quando ad committentem expectat jure ordinario*. In Ministro ergo Generali uti in fonte perenni remanet eadem, & major authoritas, qui etsi in diversos rivulos discecetur, mandandi virtutem non amittit, qua metaphora utitur Joannes Andr. in addict. ad Glos. v. eadem in dict. cap. Dudum.

In potestatibus ordinatis quidquid potest inferior etiam potest Superior.

14. Ex quo sequitur, quod cum gubernium Religionis sit Monarchicum, & Ordo Hierarchicus consistat in fluxu æquali, & pariformi cunctorum graduum ex quibus conflatur, & constat, ita ut omnes in Superiori obedientialiter, & Superior in omnibus authoritativè esse, & vivere intelligatur, per creationem Commissarii Generalis Familiæ Minister Generalis non abdicat à se suam facultatem: jurisdictio enim Ordinis Hierarchici, & Regularium petit concursum cumulativum Superioris, ut docet D.Bonav. in exposit. Regulæ Sanct. Francisci, cap.9. ibi: *Unde Hierarchia secundum Dionysium est potestas ordinata ad disponendum sacrè omnia, potestatis subjecta; in potestatibus autem ordinatis, quidquid potest inferior, etiam potest Superior; & non è converso* .... Unde Dion. 1. Ecclesiast. Hierarch. *Licet ille Hierarcha aliis tradat sibi Subditis potestatem, manet tamen apud eum ordinaria potestas ad agendum omnia quæcumque per sibi Subditos fieri possunt*.

Subditorum commodis efficaciùs per plures providetur.

15. Et optimè Suarius de Religion. tom.4. lib.2. cap.2. num.16. his congruentissimis verbis: *Ratio hujus assertionis tota consistit in institutione: congruentia verò institutionis est, tùm ut Subditorum saluti, & commodis meliùs, & efficaciùs per plures provideatur: tùm ut ordo, & subordinatio perfectiùs observetur: nam locales Prælati tam exactè, & perfectè Subditi esse debent Provincialibuss, & Provinciales Generali, sicut minimi Religiosi suo Prælato: hæc autem perfecta subjectio esse non potest, nisi universalium Prælatorum jurisdictio ad omnes respectivè immediatè descenderet. Denique hæc jurisdictio Religiosa proportionatur Voto Obedientiæ, & ad illud complendum, & ad perfectam ejus executionem quodammodo ordinatur, ideoque, sicut Votum Obedientiæ immediatè obligat ad obediendum omnibus his Prælatis, ita in omnibus illis est jurisdictio immediata attingens niversos Subditos*. Hucusque Suar.

Minister Generalis est Prælatus immediatus omniumFratrum, & etiam Commissarius Generalis in sua Familia.

16 Ideo novissima compilatio anni 1734. & alia antiquior anni 1704. ex antiquis Constitutionibus dicunt cap.7. §.5. ibi: *Quia verò Minister Generalis ex Regula ipsa, idem respectivè ex lege Ordinis intelligitur de Commissario Generali Familiæ, est Prælatus immediatus, non solum omnium Provinciarum, sed omnium Conventuum, ac omnium, & singulorum Fratrum, declaramus; ipsum posse de omnibus eorum causis adhuc in prima instantia cognoscere, processus per se, aut suos Commissarios formare, & ut infra sententiam, atque*

etiam

etiam ex aliqua urgenti ratione causas ad se advocare adhuc re non integra.

17 Et Innocent.XII. in suo Brevi expedito 9.Kal. Maii an.1696. ibi: *Veram, realem, immediatam ordinariam authoritatem, quam cumulativè habet cum Commissario Matritensi Generalis Minister in Indiarum Provinciis, sicut in cæteris Religionis juxta Statuta Ordinis, & Constitutiones Summ. PP. nempè Leon.X. Ite, & vos in vineam meam: Greg.XIV. Religiosorum quorumcumque 24.April.1591. Urb. Pap.VIII. Circumspecta 6.Aug.1639.* & ejusdem: *Exponi nobis nuper fecit 27.Julii 1643. executioni demandari præcepit.* Ex quo constat Ministrum Generalem habere immediatam jurisdictionem, & cumulativam in FF. Indos cum Commissario Generali Matritensi: Et etiam iste habet immediatam jurisdictionem in eosdem FF. Indos; non obstante, quod etiam Commissarii Generales Novæ Hispaniæ, & de Peru habeant immediatam jurisdictionem in eosdem.

Generalis Minister habet immediatam authoritatem cumulative cum Indiarum Matritensi Commissario ex Innoc.XII.

18. Et quamvis in nostris Constitutionibus designetur ordo appellandi, ut scilicet, nè fiat à Superiori locali nisi ad Provincialem: A Provinciali ad Commissarium Generalem, si in Familia sit, & ab isto ad Ministrum Generalem, & ab eo ad Summum Pontificem, & hunc ordinem novissimè confirmarit Benedict. XIV. in sua Bulla: *Sacrosancti Apostolatus officium* 2.*Aug.* 1748. ita, ut antequam à Ministro Generali causæ definitæ fuerint, extra Ordinem deferri, & agitari nequeant; tamen intra Ordinem omisso medio, licitum est, recurrere ad Superiorem, nisi temere fiat, idest sine causa Kerckh. c.7. in praxi crim. §.3. n.3. Ideoque dicunt communiter DD. Barbos. de pot. Episc. part.3. alleg.81. num.14. & alii: Concil. Trid. sess.24. cap.20. de Reform. prohibens, ne Superiores advocent ad se causas, nisi per appellationem, postquam fuerint cognitæ in prima instantia ab Ordinariis; non afficere Regulares.

Omisso medio potest recurri ad Superiorem in Ordine, si deest causa, vel consuetudo, vel si non fiat exceptio.

19. Et licet appellatio dicatur gradatim facta provocatio, meritò particula *gradatim* censetur omittenda, quia non pertinet ad hujus substantialia, ut cum Abb. inquit Reiffenst. lib.2. Decret. tit.28. §.1. n.7 Et valet consuetudo quod ab inferiori appelletur ad Superiorem. omisso medio, & est expressum in cap. Romana §. Archidiaconis eodem in 6. ibi: *De Subdito Episcopi ad Episcopum, non verò ad Archiepiscopum dicitur appellandum, nisi aliud huic de consuetudine competat in hac parte.*

20. Quinimo cessante etiam consuetudine valet appellatio, omisso medio, si non fuerit opposita exceptio, ut cum AA. ab ipso citatis affert Reiffenst. citatus. Si ergo Minister Generalis potest de omnibus causis adhuc in prima instantia, & re non integra cum causa, vel per consuetudinem, vel defectum exceptionis in judicialibus deductis ad forum contentiosum (de quibus solùm intelligitur ordo appellandi gradatim) non est dubium, quin in extrajudicialibus, & ad jurisdictionem voluntariam pertinentibus omnes Religiosi immediatè possint recurrere ad Ministrum Generalem, uti ad Prælatum immediatum omnium, & singulorum Fratrum, ut inquit Constitutio.

21. Hoc idem dicitur de Commissario Generali Familiæ, cujus authoritas cum Ministro Generali est cumulativa, sicut etiam aliorum Prælatorum, ut patet ex serie gubernationis ab initio Ordinis ad

Authoritas Generalis, & Commissarii Familiæ est cumulativa. *Etiam quoad Recollectos Galliæ.*

ad noſtra tempora. Seraphic. Patriarcha cum ſociis profeſſione emiſſa integravit totum Ordinem, cui ipſe ſine Guardianis, & Provincialibus, ſolus tanquam Generalis præſidebat: Aucto numero Fratrum creavit Miniſtros Provinciales, & Guardianos; non tamen jus iſtorum fuit privativè quoad Sanct. Patrem; ſed cumulativè cum illo, & ita de ſingulis Fratribus diſpoſuit ipſe, ſicut eorum Prælati diſponebant.

22. LEO verò X. ſapientiſſimè conſiderans, quod impoſſibile erat, ut unus Generalis poſſet, eſſe par negotiis Religionis per univerſam Chriſtianitatem dilatatæ, inſtituit Commiſſarium Generalem Familiæ, ut coadjutorem, Miniſtro Generali ſubditum, ut ei auxiliaretur in regimine vaſtiſſimæ Religionis: Et quamvis Generalis Miniſter vices ſuas ex ordinatione Papæ teneatur illi committere, in Familia ſibi concredita, juxta diſpoſitionem Capituli Generalis, & conſequenter juxta declarationem anni 1670. etiam in Familiam Recollectam Galliæ, non tamen privativè quoad Miniſtrum Generalem, ita ut non poſſit iſte præſertim, ſi ad eum recurratur, in Familia Commiſſarii Generalis, id quod poterat ante ejus inſtitutionem.

Non datur Conſtitutio aliqua, quæ ſtatuat, quod Miniſter Generalis nequeat facere, quod poſſit aliusPrælatus Ordinis.

23. Et quamvis Capitulum Generale poſſit limitare facultatem Generalis Miniſtri, ſicut etiam Commiſſarii Generalis Familiæ; nullam tamen condidit legem, quæ Generali ligat manus, quin poſſit ſuam exercere juriſdictionem in omnes ſubditos Commiſſarii Generalis Familiæ, vel Nationalis, & Miniſtrorum Provincialium: Reperiuntur quidem leges, per quas Capitulum Generale limitat facultatem Generali, ne diſpenſare poſſit in aliquibus Statutis; non tamen reperitur aliqua Conſtitutio, quæ ſtatuat, quod Miniſter Generalis nequeat, facere hoc, vel illud, quod tamen facere poſſit alius Prælatus Ordinis.

Pater etiam ex continua praxi Religionis.

24. Quod, & probat continua praxis totius Religionis, ſecundùm quam, literæ patentes, & obedientiales paſſim dantur à Miniſtro Generali pro Fratribus Familiæ Commiſſarii Generalis: Et non ſolùm pro Recollectis Galliæ, & totius illius Nationis; ſed etiam pro hac Natione Hiſpana adhuc dùm Commiſſarius Familiæ reſidet in illa, ut referunt omnia Ordinis regeſta: Sicuti etiam pro Fratribus Indianis, quamvis iſti habeant ſuum proprium Commiſſarium cum tota plenitudine poteſtatis: Sic Rm̃us Miniſter Generalis Lugagnano abſque ullo interventu, imò, & ſcitu, Rm̃i Torre erexit Cuſtodiam S. Paſchalis, & Provinciam Conceptionis Diſcalceatorum in Hiſpania per ſuas literas datas 7. Martii, 1. Auguſti, & 8. ejuſdem Menſis, anni 1744.

ARTICULUS III.

De authoritate Commiſſarii Generalis Familiæ.

Eugenius diviſit Religionem in duas Familias.

25. EUGENIUS IV. anno 1446. expedita graviſſima Bulla, quæ incipit: *Ut Sacra Ordinis Minorum*, Religionem Seraphicam jam per Orbem univerſum mirum in modum maximè per Obſervantes dilatatam, diviſit in duas Familias Cis, & Ultramontanam: Et ne ob hujuſmodi amplitudinem debito paſtoralis regiminis bene-

beneficio careret, decrevit, ut Obſervantes ipſi, in utraque reſpectivè Familia, ſeorſim celebrando ſua Capitula, proprios ſibi Vicarios Generales eligerent ea plenitudinis poteſtate, quæ Miniſtro Generali ſuper Ordinem univerſum competere quomodocumque, intelligatur: Quos Vicarios Miniſter Generalis ſubitò confirmare, deberet. Gub. tom 1. pag.276. num.1. & pag.300.

26. Leo verò X. anno 1517. convocato Generaliſſimo Capitulo tam Conventualium, quàm Obſervantium efficaciſſimè hortatus eſt Conventuales, ut rejectis diſpenſationibus Regulæ in primæva, & integra Regulæ obſervantia in Sancta unione convenirent; cum autem renuiſſent hoc Conventuales, iſtis ſecluſis, ex omnibus Regulam ipſam B. Franciſci purè, & ſimpliciter obſervantibus, unum corpus inſimul fecit, eoſdemque perpetuò univit, declarando ſub nomine Reformatorum, ac purè, & ſimpliciter Regulam S. Frnnciſci hujuſmodi Obſervantium, comprehendi omnes Obſervantes, Reformatos, ac Fratres Amadei de Collectaneis, de Sanct. Evangelio, Diſcalceatos, & alios ſimiles, quocumque alio nomine nuncupatos.

Leo conſtituit unum corpus ex omnibus purè Obſervantibus.

27. Et Leo ipſe ab Orbis Chriſtiani Regibus, & Principibus pluries, & efficacius exoratus (inter quos numerat Leo Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum) commiſſo negotio in ſecreto Conſiſtorio aliquibus S. R. E. Cardinalibus, qui longo maturæ diſcuſſionis examine diligentiſſimè, ac fideliſſimè juſſa complentes, relatione per ipſos Pontifici facta, necnon penſatis per nos (inquit LEO) acutius, quæ per ipſos, & pro hujuſmodi concordia tracta, & examinata fuerunt, addita etiam ſuper his in dicto Conſiſtotio noſtro cum eiſdem, ac reliquis ejuſdem S.R.E. Cardinalibus, (ad Generale Concilium tunc vocatis,additGub.to.2.p.219. & ut creditur ſpeciali aſſiſtentia Spiritus Sancti)matura deliberatione,& de eorum conſilio,præfato Ordini modo infraſcripto judicavimus,providendum, ait Pontifex.

Matura deliberatione in Conſiſtorio Cardinalium.

28. Et in dicta Unionis Bulla officium Commiſſarii Generalis inſtituens dicit: *Verum, quia conſpicimus ipſum Ordinem per univerſam Chriſtianitatem mirum in modum dilatatum eſſe, ne ob hujuſmodi amplitudinem, debito Paſtoralis regiminis careat beneficio, decernimus, quod ſi Miniſter Generalis de Ciſmontanis electus fuerit, inſtituat in partibus Ultramontanis unum Generalem Commiſſarium ab eiſdem Fratribus Ultramontanis eligendum ... cui Generalis Miniſter ſuper præſatos Fratres Ultramontanos vices ſuas commitat, prout Capitulo Generali expedire videbitur.*

Inſtituit Commiſſarium Generalem Familiæ cum eadem authoritate Generalis prout Capitulo Generali expedire videbitur.

29. Ex dicta Bulla Unionis, ex Barchin. Toloſ. & Tolet. 1583. Conſtitutiones Segovienſes, anni 1621. cap.7. §. de Commiſſario Generali dicunt: *Qui nimirùm Commiſſarius Generalis habebit in ſua Familia eandem authoritatem, quam idem Generalis Miniſter habet in univerſum noſtrum Ordinem*: quod fatentur non ſolum AA. noſtri, ſed etiam extranei, ut Ant. à Spirit. Sanct. de regimine Prælat. tract.4. diſt.5. num.4. ubi inquit: *Commiſſarius Generalis, qui fit per electionem, & jura Ordinis, habet in ſua Familia eamdem juriſdictionem, quam habet Generalis in toto Ordine.*

30. Et juxta Conſtitutiones Valliſol. 1593. titul. de Commiſſarii Generalis poteſtate, talis Facultas eſt Ordinaria, ibi: *Ejus Ordinaria poteſtas ad omnes, & ſuper omnes Familiæ, ſibi creditæ, Provincias,*

Ejus Facultas eſt Ordinaria, & eſt Miniſter Miniſtrorum Provincialium, & Ordinarius ſuæ Familiæ.

tias, Fratres, & Sorores, tam Prælatos, quam Subditos se extendit. Et in Capitulo Generali 1565. dicitur: *Commissarius Generalis tanquam Minister Ministrorum Provincialium, & Ordinarius suæ Familiæ, &c.*

31. Et ratio est, quia Commissarius Generalis habet suam authoritatem beneficio legis Pontificiæ, & Ordinis, ex cujus præcepto Generalis Minister ve it, nolit tribuit totam suam authoritatem: Et secundùm ipsas Constitutiones Apostolicas, & Ordinis eligitur ab Universitate, vel à toto Collegio uniùs integræ Familiæ, qua electione, & confirmatione peracta, absque nova communione, suam assequitur jurisdictionem, imò nova Compilatio cap.8. §.5. inquit: *Vice-Commissarius Generalis Familiæ, hoc ipso quod legitimè electus fuerit, virtute hujus Constitutionis erit in ipso officio confimatus, atque ideò statim suum officium exercere, valebit.*

32. Nulla ergo potest, esse difficultas de ejus Ordinaria Facultate, cum habeat à jure, & per canonicam electionem, ut ait Gub. tom.4. pag.345. num.6. quod satis superque est, ut habeat Authoritatem Ordinariam secundùm Inn. in cap.1. & in cap. ad hoc de Offic. Ord. & tenet Doct. Emman. Rodr. tom.1. qq. reg. q.51. a. 3., Miranda, tom.2. q.11. a. 3. Sanctor. in Constit. cap.8. stat.36. q.2. Lant. v. *Commissarius Generalis* num.2. Kerckh. in stat. cap.7. §.19. num.3. Lezena, tom.2. cap.13. num.16., Mont. tom.2. cap.6. art. 3., Gub. tom.1. pag.66. num.1. & pag.277. num.3. & alii juxta tradita à Chassaing. de Priv. Reg. part.1. tract.3. cap.2. prop.4.

ARTICULUS IV.

An Minister Generalis possit limitare, vel minuire authoritatem Commissarii Generalis Familiæ, electi secundum Bullam Unionis.

Generalis per se non potest authoritatem Commissarii Generalis limitare.

33. Minister Generalis, sine authoritate Capituli Generalis, vel Papæ, non potest limitare, neque diminuire authoritatem Commissarii Generalis Familiæ, electi secundùm Bullam Unionis. Ita Rodr. tom.1. qq. reg. q.51. art.4. Miranda, tom.2. art.4. Kerckh. cap.7. §.19., Gubern. tom.4. pag.345. num.4. ubi inquit: *Ejus authoritas talis, qualis Capitulo videbitur, expedire, nec Ministro Generali omninò licitum sit, facultatis ad regendam Familiam necessariæ, limites eidem Commissario pro libito ampliare, vel restringere; sed juxta Religionis universæ in Generalibus Comitiis ordinationem.* Et in re est communis: quia qui dicunt, Ministrum Generalem posse, minuere, vel limitare authoritatem Commissarii Generalis Familiæ, fatentur, hoc fieri, vel per privilegium, vel facultate à Capitulo Generali concessa.

Pontifex nolluit mensuram potestatis Commissarii relinquere nisi Capitulo Generali.

34. Et probatur primo: Mensura potestatis Commissarii Generalis Familiæ per Bullam Unionis commissa fuit Capitulo Generali Ordinis: Cum enim institutus fuisset à Leone X. maxima cum deliberatione, & unanimi consensu PP. Conc. Lateran. noluit Pontifex mensuram potestatis ejus alteri relinquere, sed Capitulo Generali, ut judicaret, an aliqua limitatio sit expediens: quarè ut inquit Gub. cit.

ad judicandum tutò de ejus potestate, ad ordinata in Capitulis Generalibus est recurrendum: Capitula verò Generalia statuerunt, quod Commissarius Generalis Familiæ habeat in sua Familia eandem authoritatem, quam Minister Generalis habet in universum Ordinem, ut ait Kerckh. cit. num.2. Vide num.28. & 29.

35. Statutum enim, dispositio, & Decretum institutionis, & facultatis Commissarii Generalis Familiæ est Pontificium, & in sua prima origine emanatum à Papa, habens robur, & firmitatem à Sede Apostolica: Licèt enim authoritas Commissarii Generalis contineatur etiam in Statutis Ordinis, tamen non amittit suam originariam firmitatem: Sicut neque Leges Divinæ ex eo, quod idem præcipiatur, etiam per Leges humanas; atquì Statutum in sua prima origine emanatum à Papa (quidquid sit de Statutis à Capitulo Regulari in sua prima origine emanatis, & postea à Pontifice quomodocumque confirmatis) non potest à Prælatis Religionis, imò nec à toto Ordine sine speciali facultate variari, abrogari, moderari, aut authoritativè declarari, ut inquit Montalvo cum E. Rod. Suar. Tamb. Barb. Peyrin. Garc. ab ipso citatis, tom.2. cap.16. art.2. à n.14. & art.6. n.1. 33. & 38. Et ideò inquit Kerckh cap.7. §.12. num.6. in simili: Est speciale Decretum Pontificis à cujus observantia per nulla Statuta exîmuntur Provinciæ Belgicæ. Est Statutum Pontificium.

36. Confirmatur: Minister Generalis tenetur committere *vices suas* super Fratres Familiæ Commissario Generali, & tantum vult dicere *vices suas*, ac omnes vices suas: nam prout est vulgatum in jure, & in Diallectica, propositio indefinita æquivalet universali ex Miranda, Rod Kerckh. cit. & communi intelligentia Expositorum nostrarum Constitutionum: Ergo sicut non potest Generalis, facere, quod non sit Commissarius Generalis, & impedire ejus electionem, ita nec limitare ejus authoritatem. Vide n.41. & 55. Generalis tenetur vices suas dare Commissario.

37. Probatur secundo: Juxta Capitula Generalia Ordinis, Commissarius Generalis in sua Familia habet eandem authoritatem, ac Generalis in toto Ordine, ut ajunt Sanctor. pag.470. in Stat. Lant. v. Commissarius juxta S. Congregationem, & Paulum V. relatum ab ipso, & est expressum in Constitutionibus à nobis suprà num.29. citatis; sed Leges latæ à Capitulo Generali etiam obligant ipsum Ministrum Generalem: pat. quia Capitulum Generale totam Religionem repræsentat, ut quædam persona, ficta, & moralis, ut ex jure, & nostris Constitutionibus affert Montalvo tom.2. cap.16. art.2. num.10. 11. 12. & 13. Etiam secundum Constitutiones Ordinis, quibus ligatur etiam Generalis.

38. Unde habet supremam in Subditos potestatem, exceditque potestatem omnium, qui intra Religionem continentur. Ideo cap.8. Regulæ, & Expositores præponunt Capitulum Generale ipsi Generali Ministro, cum Regula ponat absolutionem Generalis Ministri in judicio, & potestate Capituli Generalis. Propterea plus tenemur obedire Capitulo Generali, & Statutis ab ipso factis, quam prædicto Generali. Miranda tom.2. q.10. art.3. concl.2. cum Corduba: quod est juxta principium Philosoph. *Propter quod unumquodque est tale, & illud magis*. Et jus Civile: *Plus juris est in causa, quam in causato*, l. etsi non sunt ff. perveniamus vers. semper de aur. & argent. legat. Authent. multò magis C. de Sacrosanct. Eccles. Clement. unic. de reliq. & vene- Plus tenemur obedire Capitulo, quam Generali.

 ne-

nerat. Sanctor. in principio. Et certissimum est jurisdictionem spiritualem in omnibus Ordinibus Reg. residere penès ipsas Religiones.

39. Et licèt Ministri Generalis potestas summa sit, quæ in una persona intra Ordinem haberi potest, sitque corporis Religionis caput, est tamen ejus membrum, & pars, totique corpori subjicitur, ut constat ex praxi, habita ferè ab initio religionis. Siquidem in Capitulo Generali Romano 1239. Præsidente in eo Summo Pontifice Greg. IX. Ministri Generalis auctoritas limitata fuit in exauthorandis ad libitum Prælatis inferioribus. Et anno 1240. ad montem Pesulanum in Gallia ordinatum fuit, ut legibus latis per Capitula Generalia, Generalis ipse subjaceret, prout affert Gubern. tom.3. pag.7. & tenent DD. Tambur. de jure Abb. tom.3. disp.3. quæst.4. num.1. Peyrin. to.2. de Prælato quæst.1. cap.8. num.3. Ant. a Spirit. Sanct. Director. Reg. tract.4. disp.1. num.231. & disp.8. num.36. Lezan. tom.2. cap.12. num.7. Rotarius tom.3. lib.3. cap.2. punct.1. num.20. Kerckh. cap.8. §.10. n.2. & 6. Mont. tom.2. cap.16. art.1. num.11. Antonius Cajet. à Sanct. Bonavent. in sua elucid. const. Benedict. §.4. num.209.

Leges Capituli Generalis ligant etiam Generalem Ministrum.

40. Ex quibus sequitur quod leges latæ à Capitulo Generali æquè arctant Ministrum Generalem, ac alios Subditos. Obligant enim Religionem, & singulas ejus partes, & etiam ipsum Ministrum Generalem, qui etiam est pars, & est intra, non extra Ordinis gremium, & nulla pars censeri debet, discordare à toto corpore. Montalv. cit. n.18. Kerckh. cit. num.5. & 6. Et cum non sit Legislator, tenetur etiam aliquo modo quoad vim coactivam, ut tenent AA. citati à Montalvo num.19. ideoque syndicatur; & si fuerit transgressor punitur. Rod. Port. Mir. & Lez. apud Kerckh. cit. num.6.

Generalis Minister solum arbitrio Capituli potest limitare authoritatem Commissarii.

41. Unde patet, quod Minister Generalis solùm ex consensu, & causa rationabili arbitrio Capituli Generalis possit restringere authoritatem Commissarii Generalis Familiæ: quia ex Leone Minister Generalis tenetur *vices suas* committere Commissario Generali Familiæ, prout Capitulo Generali expedire videbitur. Ergo præcedente arbitrio Capituli Generalis, potest Generalis Minister non tribuere omnes vices suas super Fratres Ultra, vel Cismontanos; at non est in potestate Ministri Generalis, authoritatem Commissarii Generalis limitare, vel restringere, plusquam Capitulum Generale illi concedit.

ARTICULUS V.

An Capitula Generalia concesserint, vel permisserint Ministro Generali limitare, & restringere Authoritatem Commissarii Generalis Familiæ?

Quod speciali jure Generali committitur, non conceditur Commissario Familiæ.

42. AUthoritas Commissarii Generalis est restricta in omni eo, in quo per Constitutiones Apostolicas, & Statuta Ordinis est restricta authoritas Generalis Ministri, cum majorem facultatem non possit habere Commissarius, quam habet Principalis, & etiam in omni eo, quod speciali jure Ministro Generali committitur, ut licentiare Laicum professum ad Clericatum, & celebrare Congregationem Generalem. Sanctor. in Stat. pag.471.

43. Dico primo quod Capitula Generalia concesserunt, & permiserunt Ministro Generali, existenti in Familia Commissarii Generalis, aliqua negotia, vel nonnullas Provincias reservare sibi, justa existente causa: constat ex praxi, & communi intelligentia DD. & ex Constitutionibus Barchin. Segoviæ recognitis, ab universa Familia, nullo contradicente, receptis, & ab Urb. VIII. anno 1625. confirmatis: quæ ex Bulla Unionis, ex Tolos. & Salm. 1583. cap.7. tit. de Commissario Generali sic statuunt: *Poterit tamen Commissarius Generalis, suum munus exercere, etiamsi Generalis Minister hæreat in Familia, in qua idem Commissarius electus est; nisi Generalis Minister aliqua negotia, vel nonnullas Provincias reservaverit sibi*. Et circa subjectam materiam nostra Familia non habet aliam Constitutionem; ergo Minister Generalis existens in Familia Commissarii Generalis, ex permissione Capituli Generalis, potest aliqua negotia, vel nonnullas Provincias sibi reservare, etiam in hac nostra Familia: Et hoc posse, & fieri ex consuetudine inquit Gubern. in Orbe Seraph. tom.1. pag.66. cum Rod. qui ait, esse extra controversiam. Generalis præsens potest aliqua negotia, vel nonnullas Provincias sibi reservare.

44. Dico secundo probabiliùs mihi videri, quod si Generalis existat in sua propria Familia, neque ei licèt, nec expediat aliqua negotia, vel aliquam Provinciam alteriùs Familiæ sibi reservare: Ita in terminis Em̃. Rod. citat. art.4. Kerckh. cap.7. §.19. ubi ait: *Non est in potestate Generalis diminùere ejus* (Commissarii Generalis) *jurisdictionem; plusquam Capitulum Generale illi permittit, quod solùm permittit, ut possit Minister Generalis dùm existit in partibus, in quibus moratur dictus Commissarius, aliqua negotia, vel aliquas Provincias, utpotè justa existente causa sibi reservare*. Non ei licet, nec expedit, si absens.

45. Constitutiones alteriùs Familiæ anni 1663. ex Decreto Capituli Tolet. 1658. compilatæ, & per S. Congregationem approbatæ cap.8. §.23. num.5. dicunt, sicut, & nostræ Segovienses, quod possit Minister Generalis præsens rationabili de causa aliqua negotia, vel alsquas Provincias sibi reservare; at num.6. sic disponunt: *Ministro Generali, in sua Familia existente. Commissarius Generalis in suis partibus omnes delinquentes punire, poterit, ac eadem authoritate in eos uti tam Prælatos, quàm Subditos, etiamsi à Ministro Generali instituti essent, qua uti posset Minister Generalis, si præsens esset, nisi aliqua causa particularis ei per eundem fuerit interdicta*.

46. En quomodo Constitutiones alteriùs Familiæ aliter disponunt de Generali absente, ac præsenti, & hoc in eodem §. Si præsens est, dicunt, *posse sibi reservare aliqua negocia*, in plurali, *vel aliquas Provincias visitundas*; at si est absens ponit in singulari, *vel aliquam causam particularem*: & nostræ Familiæ Constitutiones nec concedunt, causam particularem posse, sibi reservare Ministrum Generalem, absentem: Sic Minister Generalis absens non potest, Præsidentes instituere ad Congregationem Provincialem. Ex Rom.1639. nisi cum causa notoria, & urgenti, vel postulante Provincia; at ipse personalitèr Præsidere potest; non potest, mittere Visitatores extra tempus ad Provincias sine gravi causa; tamen si personaliter vult, visitare, potest. Sanctor. in Stat. pag.537. & Kerckh. cap.6. §.1. num.4. In electione Vicarii Generalis Diffinitores Generales utriusque Familiæ sunt Electores, dùm in ea Natione præsentes, alias non. Si Generalis est Plura potest Generalis præsens, quæ non potest absens.

in Natione, ſolus ipſe admittit renunciationem Commiſſarii Generalis extra comitia; ſi extra Nationem dignior Pater Vocalium. Renunciationem Miniſtri Provincialis ſi Superior Generalis intra Nationem ſit, eo in conſulto nemo poteſt admittere. alias poteſt Diffinitorium. Ad electionem Vicarii Provincialis priùs Superior Generalis eſt admonendus, ſi ſit intra ſpatium trium dietarum; aliàs non eſt conſulendus ex Conſt.1651.. Sic Rm̃us P. N. Miniſter Generalis 20. Nov. 1745. apud Bull. Diſc. tom.4. pag.513. & 583. ordinavit, ibi: *Dictæ Provinciæ Neapolitanæ* (Diſcalceatorum) *Ultramontanæ Familiæ jam incorporatæ. per Nos, & Succeſſores noſtros Miniſtros Generales perpetuo regi, & immediatè gubernari debeant, dùm Miniſter Generalis intra Italiam præſens reperiatur; in eventu autem quo Miniſter Generalis in Ultramontanis partibus reſideat, vice illius Superior earum Ordinarius ſit Procurator Generalis Diſcalceatorum, & Recollectorum Ultramontanæ Familiæ; qui in Romana Curia reſidere tenetur*. Quam Ordinem Confirmavit SS. ad petitionem P. Molinæ 27. Januarii ann.1746. Ad exercitium ergo juriſdictionis præſentia pluries intereſt conditionaliter ſecundòm Conſtitutiones. Et ratio concluſionis eſt, quia non licet Miniſtro Generali diminuere, ſibique reſervare juriſdictionem Commiſſarii Generalis Familiæ, plus quam Capitulum Generale illi permittit: Sed nulla datur Conſtitutio Generalis, ligans hanc Familiam, in qua permittatur Generrli Miniſtro, exiſtenti in alià Familia poſſe, ſibi reſervare aliqua negotia, & gubernium alicujus, vel aliquarum Provinciarum; Conſtitutiones verò alteriùs Familiæ ſolùm permittunt, poſſe reſervare aliquam cauſam particularem: Et non cenſetur plus conceſſum, quam expreſſum juxta leges, quas affert Reiffenſt. lib.1. tit.2. 4. §.17. num.419.

Colligitur ex prœmio Bullæ Unionis.

47. Secundò: Mens Legislatoris, & Statuentium dignoſcitur ex proæmio, quia continet cauſam finalem; ut cum pluribus affert Sanctor. cap.8. Stat.71. Sed ex proæmio Bullæ Unionis conſtat, inſtitutionem Commiſſarii Generalis in alia Familia, de qua aſſumptus eſt Miniſter Generalis eſſe, ne Familia debito Paſtoralis regiminis careat beneficio: & ex illo Capitulo Generali 1517. ibi: *Ipſeque Rm̃us Miniſter Generalis ubique adeſſe, non poteſt: ne abſentia ejuſdem ſit in jacturam partibus Ultramontanis, neceſſariò Commiſſarius juxta Apoſtolica Decreta inſtitui habet*: Ergo præſentia Miniſtri Generalis multum conducit, ne Familia debito Paſtoralis regiminis careat beneficio, & ne abſentia à Familia ſit in jacturam ejus.

48. Unde quamvis præſens poſſit, ſibi reſervare gubernium Provinciæ, vel Provinciarum, quia dùm præſens non caret Familia debito Paſtoralis regiminis beneficio, nec eſſet in earum jacturam, tamen abſens non poteſt: Quia careret debito Paſtoralis regiminis beneficio, & eſſet in Provinciarum jacturam, & contra Bullam Unionis; nec plenè providetur neceſſitati, & utilitati Familiæ: Siquidem facultates conceſſæ Commiſſario Familiæ non conceduntur ei in favorem propriæ perſonæ, ſed in favorem ſuæ Familiæ, & propter evidentem neceſſitatem ejus, ut inquit cit. Kerckh.: ideòque tranſeunt neceſſariò, & non ad libitum Miniſtri Generalis in Commiſſarium Generalem reſpectu ſuæ Familiæ, aliàs fruſtraretur intentio Leonis.

49. Probatur denique conclusio: Dato, & non concesso, quod Generalis Minister, electus ex alia Familia, ibi existens, posset, sibi reservare aliquas hujus Familiæ Provincias, debet esse rationabili ex causa: Et Rod. Mirand. & Kerckh. cit. dicunt, ad id non sufficere quascumque Fratrum querimonias contra Commissarium: Qui, cum omnibus placere, non possit, multorum incurrit odium, ut habetur cap. qualiter; & quando 2. de accusat. Et dicti AA. advertunt querimonias ut in plurimum esse falsas: Et quamvis essent veræ, non esse admittendas, nisi magnum immineret malum. Additque Kerckh. hoc debere, esse quoad negotia, ad suum officium pertinentia; nam propter alia, non debet Provincia, & Familia privari sine sua culpa debito Pastoralis regiminis beneficio. Idem habet Ant. Cajet. cit. §.4. num.359. in fine. Indubitatum est ad hoc requiri causam, quæ facile non invenitur.

50. Causa quæ assignatur in Orbe Seraph. tom.4. pag.353. cum Sanctor. pag.474. est gravis Suspicio de aversione Commissarii ad aliquam Provinciam, & incommoda, quæ inde oriri possent: Et causa quæ assignatur à Reiffenst. lib.5. tit.1. num.284. cum Ameno, Peyrin. & Kerckh. cap.6. §.1: num.4. Ut Prælati Generales mittant Commissarios extraordinarios est, ipsam Provinciam apprimè esse deformatam. Nulla talis causa affertur à R. A. P. Gravois, nec potest afferre, cum Familia Recollecta Galliæ non sit deformata, sed optimè reformata; neque in Rm̃o Torre sit ulla suspicio de aversione ad illam Familiam, & Nationem, cum sit addictissimus Nationi Galliarum, præsertim postquam in illa Natione vixit per sex annos à Religiosis illius Nationis maximè dilectus: præterquam, ut debet, omnes Subditos portet in pectore.

ARTICULUS VI.

An Generalis Minister existens in Familia de qua assumptus est, possit, mittere Commissarios speciales ad aliquam, vel aliquas Provincias Familiæ, de qua est Commissarius Generalis.

51. Dico primo: Quod Generalis Minister per se solùm, existens in Familia, de qua assumptus est, potest, mittere Commissarios speciales ad aliquam, vel aliquas Provincias alterius Familiæ; tamen non potest, excludere Commissarium Generalem Familiæ à gubernio dictarum Provinciarum. Ita expresè quoad utramque partem Rod. tom.1. qq. reg. q.51. art.4. Miran. tom.2. q.11. art.4. cum PP. Ordinis, quos suppresso nomine citat.: Et dicit Miranda, quod *hoc multum est notandum*: & est ita, quod Sanctor. Gubern. & Montalv. loquuntur juxta primam partem conclusionis: Et non contradicunt secundæ parti. Generalis potest mittere Commissarios ad aliam Familiam.

52. Prima ergo pars conclusionis Probatur ex dictis à num.7. usque ad 24. in primo, & secundo articulo: Generalis enim *est Minister totiùs Fraternitatis*, cui omnes Fratres tenentur obedire: Et quidquid potest inferior, etiam potest Superior, ut dicebat Sanct. Bonav. Et est ex Regula *Prælatus immediatus omnium Provinciarum utriusque Familiæ*, sicut Cnmmissarius respectu suæ Familiæ ex lege Leon.

&, Or-

Nec per creationem Commissarii Generalis exuitur Minister Generalis a sua nativa potestate.

& Ordinis, ut dictum est num. 16. Per creationem enim Commissarii Generalis non exuitur Minister Generalis à sua nativa potestate, ita ut non possit iste, præsertim si ad eum recurratur, in Familia Commissarii Generalis, quidquid potest iste: Et omne id, quod poterat ante ejus institutionem: Sicut potest in Provinciis Indiarum Occidentalium.

Etiam potest instituere Commissarios Nationales.

53. Non enim reperitur aliqua Constitutio Generalis, quæ statuat, Ministrum Generalem non posse, hoc, vel illud facere, quod tamen facere possit alius Prælatus Ordinis, ut dictum est num. 23. Quod & probat continua praxis Religionis juxta dicta num. 24. Nam literæ patentales, & obedientales passim dantur à Ministris Generalibus ad Familiam Commissarii Generalis: imò & pluries instituerunt Commissarios Nationales in Familia Commissarii Generalis, quia ad hoc in Constitutionibur nulla facta est prohibitio, ut dicunt Rod. & Miranda cum PP. Ordinis, quos suppresso nomine citat iste.

Non tamen excludendo Commissarium Generalem à gubernio.

54. At non poterit Generalis Minister, excludere Commissarium Generalem Familiæ à gubernio Provinciarum, ad quas mittit Commissarios, quia ut dicunt Rod. & Miranda citati, de hac re facta est specialis prohibitio: Atque ideò licèt Ministri Generales instituerint Commissarios Nationales in Familia Commissarii Generalis, non excluserunt eos à visitatione, & gubernio illarum Provinciarum, idque usu, & consuetudine firmatum est: Nam quando primò Minister Generalis instituit Commissarium Generalem Indiarum in Curia Regis Catholici, non propterea amovit Commissarium Generalem Familiæ, qui tunc erat, à gubernio illarum partium, quia Minister Generalis per se, id facere, non potest, ut dicunt citati AA.

55. Et patet ex dictis num. 28. cum mensura authoritatis ejus sit commissa à Papa Capitulo Generali, (non Generali Ministro soli) & Generalis teneatur dare omnes vices suas: Et secundùm Capitula Generalia Commissarius Generalis habeat eamdem authoritatem in Familia, ac Generalis in Ordine, quin iste habeat facultatem exauthorandi ab authoritate, data à Capitulis Generalibus, quibus subjicitur ipse Minister Generalis, & solùm potest, reservare aliqua negotia, vel aliquas Provincias dùm præsens; at dum est absens a Familia Commissarii Generalis, iste potest, exercere suam authoritatem in omnes Prælatos, etiam institutos à Generali eadem authoritate, ac si esset Generalis, ut dictum est suprà. Denique indubitatum est, sine causa non posse, excludere Commissarium Generalem Familiæ juxta dicta num. 33. usque ad 42. in toto articulo 4.

Ex commissione data a Papa aliquibus non derogatur facultas Episcopi.

56. Et colligitur ex cap. per hoc 17. de Hæreticis in 6. ibi: *Per hoc quod negotium Hæreticæ pravitatis alicui, vel aliquibus ab Apostolica Sede generaliter in aliqua Provincia, Civitate, vel Diœcesi delegatur; Diœcesanis Episcopis quin, & ipsi authoritate Ordinaria, vel delegata* (si habent) *in eodem procedere, valeant, nolluimus, derogare*. Et Trident. sess. 24. cap. 3. de Reform. permittit Capitulo ubi jus habet, possit Visitatorem in Diœcesim mittere; *sed non ideò,* (inquit) *Episcopus, vel, eo impedito, ejus Visitator easdem Ecclesias seorsum ab his, visitare prohibeatur*: Ergo per hoc quod Generalis Minister mittat Commissarios Visitatores ad Provincias Familiæ Commissarii Generalis, ipsi Commissario Generali non prohibetur easdem seorsum visitare, nec derogatur ejus authoritati.

ARTICULUS VII.

In quo explicantur dicta aliquorum Authorum, qui videtur, stare contra supradictam conclusionem.

57. Pater Montalvo in sua Glossa fundamentali, tom.2. cap.6. art.3. inquit: *Expedit, ut exercitium jurisdictionis Ministri Generalis, etiam in altera Familia ampliùs pateat, ut valeat in Familia, ex qua non est assumptus, negotia, & etiam alicujus Provinciæ regimen sibi reservare*. Gubern. tom.1. pag.66. num.5. *quod Minister Generalis etiam in absentia est legitimus Superior*, ex Sanctor. in Stat. cap.8. Stat.36. & addit iste, *quod destinare Visitatores est absentis*: Ergo Generalis Minioer existens in Familia, de qua electus est, potest Visitatores destinare ad Familiam Commiissarii Generalis, excludendo illum à gubernio Provinciarum.

58. Multum est notandum, ut dicebat Miranda, aliud esse mittere Commissarios dependentes, & subjectos Commissario Generali Familiæ, & aliud, Commissarios independentes, Juxta secundam partem conclusionis. Et AA. citat. supra, loquuntur de Commissariis in primo sensu, non in secundo. Et ideò stant pro nobis, quod patet ex dictis. Ut enim exercitium jurisdictionis Ministri Generalis, & præeminentia supremi capitis etiam in alia Familia ampliùs pateat, sufficit, ut possit destinare Commissarios dependentes cum vera causa.

Aliud est mittere Comissarios dependentes, ac independentes.

59. Sed dices: Quædam limitationes positæ in Constitutionibus Carp.1521. Commissario Generali, in Burg.1523. apud Chronologiam Seraph. pag.253. confirmatæ fuerunt, cæteris revocatis, nempè: Quod Generalem Congregationem facere, non possit: *Nec Commissarios particulares per Rmum P. N. Generalem Miuistrum missos impedire*: Ergo poterit mittere Commissarios independentes à Commissario Familiæ.

60. Respondeo, quod antecedens est verum, & supponit primam partem conclusionis: Si enim Commissarius Generalis Familiæ non potest impedire Commissarios particulares missos à Ministro Generali, supponitur, quod iste poterit eos mittere; sed non sequitur, quod Commissarius Generalis Familiæ non sit Superior respectu Visitatoris, instituti à Generali, poterit enim eum corrigere, juxta dicta n.56. & ideò inquit Gubern. tom.1. pag.67. *Per quod in reliquis super easdem Provincias Commissarii Generalis authoritatem; & jurisdictionem cessare, non est dicendum*: Ergo licèt Commissarius Generalis Familiæ non possit impedire Commissarios particulares missos à Ministro Generali, non cessat ejus authoritas, & superioritas in tales Commissarios, & Provincias, etiam juxta Gubern.: sic juxta Constit. Vallisol.1593. *Nullus Provincialis per commissionem sibi factam in propria Provincia à Generali, etiam cum plenitudine potestatis exemptus est, nec potest esse à subjectione Commissarii Visitatoris*.

Commissarius Familiæ potest, corrigere Commissarium missum à Generali.

61. Replicabis: Rmus Sormanus è Roma missit Visitatores ad Provinciam Portugaliæ, independentem à Commissario Generali Familiæ: Siquidem præcipiebat per sanctam obedientiam omnibus Prælatis inferioribus, quod donec, & quousque Visitator fuerit deputatus, & magis, durante ipsa visitatione, & Capituli celebratione dumtaxat

nihil per seipsos, & Generali inconsulto, circa præsentem dictæ Provinciæ statum innovaretur: Quod, & confirmavit Card. Cibo, Protector Ordinis apud Gubern. tom.4. pag.354.

Provincia Portugaliæ interpossuit appellationem.

62. Respondeo, quod hoc fecit Rmus Sormanus propter appellationem interpositam à tota Provincia à visitatione, & Decretis in illa emanatis à Rmo Commissario Familiæ Sarzosa, ardenti zelo sancto, licet nimio: Et nullus ignorat, quod interposita justa appellatione, & admissa à Judice ad quem, inhibetur Judex à quo ex jure, quod non est ad rem.

63. Objicies secundo: Greg. XIII. in Bulla *Quoniam nostro* 8. Aprilis 1575. inquit: *Volentes eundem Ministrum quotiescumque sibi expedire, videbitur, quos voluerit Commissarios ad quascumqae sui Ordinis utriusque Familiæ Provincias, mittere, posse*: Ex qua inferebat Montalvo cit. quod Minister Generalis valet in Familia, ex qua non est assumptus, negotia, & etiam alicujus Provinciæ regimen sibi reservare rationabili, & urgente causa, & ad hunc finem novissima Compilatio citat Bullam Greg. cap.8. §.4. num.4. Respondeo, quod Bulla Greg. confirmat nostram primam partem conclusionis; & contra secundam nihil disponit.

Bulla: *Quoniam nostro*, non coarctat authoritatem Commissarii Familiæ.

64. Hæc Constitutio Greg. nullam facultatem tribuit Ministro Generali ad coarctandam, & limitandam facultatem Commissarii Generalis Familiæ secundùm communem intelligentiam Religionis, quæ pluries, & denique Segoviæ 1621. omnia Decreta Pontificia à Regularibus observanda, ad singula capitula Constitutionum diligenti examine coaptavit, & in propriis locis citantur Sanctiones Apostolicæ, ut notatur in prologo dictarum Constitutionum; sed in dictis Constitutionibus Bulla Greg. *Quoniam nostro* tantum citatur, & applicatur ad materiam de appellatione: De recursu ad Tribunalia sæcularia, deque Visitatoribus obtemperandis, & consequentèr ad hæc solùm est applicabilis.

65. Et cum Visitatores Provinciarum mittantur tam à Generali Ministro, quàm à Commissario Familiæ ad Provincias sibi concreditas, Bulla intelligitur de Visitatoribus ab utroque missis, ut affert. Reiffenst. lib.5. Decret. tit. 1. §.6. num280. ibi: *Et hæc facultas à Gregor. XIII. Ministro Generali concessa, sine dubio ad Commissarium Generalem ordinarium extenditur, qui hìc eadem authoritate, ac favoribus, præsertim in puncto visitationis quoad Subditos suæ Familiæ gaudet, quo gaudet Generalis.* Portel. v. Commissarius loquendo de eadem authoritate, data Ministro Generali per dictam Bullam inquit: *Idem dic de Commissario Generali*, & Sanctor. in Stat. cap.8. Stat.68. ait: Mens Bullæ est servare illæsam facultatem Prælatorum Generalium mittendi suo tempore Visitatores. Et Gubern. tom.1. pag.454. ubi affert integram Bullam, quasi eam rubricans ait: *Sed Greg. XIII. ad corroborandam hujusmodi Visitatorum authoritatem pœnas insigniter aggravavit, ut in sequenti diplomate videre est*: Et loquitur de Visitatoribus missis etiam à Commissario Familiæ, citat enim Constitutionem Capituli 1517. ibi: *Rebellantes Commissario misso à Commissario Familiæ expellantur à Provinciis, veluti conspirantes in Prælatum.*

Rebellantes Commissario misso à Cōmissario Familiæ incurrunt pœnas.

66. Ideò nullæ nostræ Constitutiones, nec titulo de Ministro Generali, nec titulo de Commissario Generali citant talem Constitutionem,

nem, nec ipse Gubern. tom.1. pag.66. sub titulo: Authoritas Ministri Generalis suprà Commissarium Generalem alteriùs Familiæ, ubi correspondebat; quamvis ibi dicat Ministrum Generalem posse mittere Commissarios ad Familiam Commissarii Generalis, nec citatur à Sanctor., nec à Lantusc., nec à Kerckh.

67. Et solùm citatur à Montalv. de quo hic verificatur illud dictum: *Aliquando bonus dormitat Homerus*, & quamvis etiam citetur in novissima Compilatione, cap.8. §.4. num.4. hæc Compilatio fuit repudiata, vel non fuit admissa in ultimo Capitulo Generali anni 1740. Et notandum, quod adhuc ista nova Compilatio loquitur de Generali præsenti in Familia, reservante sibi aliquam, vel aliquas Provincias.

68. Ex quo sequitur, quod secundum communem intelligentiam Religionis dùm Bulla disponit, Generalem posse, mittere Visitatores ad quaslibet Provincias, vult dicere, Prælatos Generales posse mitte- re Visitatores ad suas concreditas Provincias respectivè, quod cum sit de jure communi, nec tollit, nec ponit authoritatem Ministri Gene- ralis suprà Commissarium Familiæ.

ARTICULUS VIII.

An expediens sit, quod Minister Generalis, existens in Familia, de qua assumptus est, mittat Commissarios Visitatores ad aliquam, vel aliquas Provincias alterius Familiæ?

69. RESpondeo; regulariter non expedire: constat ex Tolet.1583. & ex Segov. cap.7. tit. de officiis in communi, ibi: *Verùm ad confusionem tollendam cavere debent omnes, ne in suis officiis ad invicem se conturbent, ut antiqui nostri Fratres statue- runt, atque adeò Superiores Prælati inferiores Prælatos non impediant, quominus sua officia liberè exequantur, nec in suis officiis se intromit- tant, & ingerant; sed potiùs, interim quod non fuerint à suis officiis dejecti, eos adjubent, & foveant.* Cum ergo visitare Provincias suæ Familiæ, sit commissum per Constitutiones Generales Commissario Generali Familiæ, si Generalis absens institueret tales Commissarios, hæc mistio, & conturbatio non modicam pareret confusionem, & of- ficii perturbationem, ut inquit Kerckh. cit. num.4. Vide Ant. Cajet. à Bonavent. cit. §.4. num.377.

Superiores Prælati foveant inferiores Prælatos.

70. Cum enim à Commissario Familiæ quolibet triennio per se, vel per alios Familia visitari debeat, si Generalis absens, in Familia Commissarii Generalis, & præcipuè in Natione, de qua assumptus est, hoc idem faceret, ordinem, & consuetudinem perturbaret, ut in simili tradit Sanctor. cap.8. Stat.68. quod, & infert ex Bulla: *Quoniam nostro*, dicente: *Quotiescumque expedire, videbitur, Generalem Ministrum mittere Commissarios*; ubi autem Generalis Commissarius est præsens, expedire non videtur, *neque est utile, ut in ordine pax conservetur, & Charitas inter Cismontanos, & Ultramontanos nutriatur*, ut desiderat Bulla Leon.: Esset enim conturbativum pacis, scandalorum generativum, & magnarum dissensionum productivum: judicareturque Ministrum Generalem ex particulari procedere affectione, quod maximè Generali Prælato vitandum est.

Si Generalis absens mitteret Commissarios conturbaret, & non expedit regulariter, præcipue ad Nationem Commissarii Familiæ.

71. Tenentur Superiores Regulares Jure Divino, & humano, ſuos Subditos viſitare perſonaliter, ſic, ut omittere viſitationem perſonalem ex mera otioſitate, & negligentia, ſit peccatum mortale. Kerckh. cap.6. §.1. num.2. cum Lezan. & Peyr. ab ipſo citatis. Reiffenſt. lib.5. Decretal. tit.5. §.6. num.272. Et Prælati noſtri Ordinis ex præcepto Regulæ cap.10.: *Fratres, qui ſunt Miniſtri, & ſervi aliorum Fratrum viſitent, & moneant Fratres ſuos, humiliter, & charitativè corrigant eos*, tenentur ex jure particulari perſonaliter viſitare. Et Kerckh. cit. inquit: Prælati nomen haud meretur, qui hæc non adimplet: Et noſtræ Conſtitutiones Segov. cap.7. tit. de Viſitatoribus Provinciarum, ibi: *Admonemus ergo Generales omnes Prælatos, ut quantum fieri commodè, poſſit, non mittant Viſitatores præſertim ad celebranda Capitula; ſed per ſeipſos viſitent, & interſint Capitulis celebrandis*. Ideò inquit N. Anacletus lib.3. in jus Can. tit.4. §.1. n.8. ibi: *Regula 68. juris in 6. poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum, patitur exceptionem, quoties electa eſt induſtria, & fides perſonæ, uti fit in electione Miniſtri Generalis, & Commiſſarii Generalis Familiæ, qui eliguntur uti Digniores, & Ordini, & Familiæ reſpectivè, magis utiles.*

Commiſſarius Familiæ tenetur eam viſitare per ſeipſũ in quantum poteſt.

72. Ergo Commiſſarius Generalis Familiæ Jure Divino, & humano Eccleſiaſtico, & Regulari tenetur in quantum commodè poteſt, per ſeipſum viſitare ſuam Familiam, & intereſſe Capitulis ejus, alias haud meretur nomen Prælati, præcipuè ſi non viſitaret, & intereſſet Capitulis propriæ Nationis, cum hoc commode poſſit: Ergo ſi Miniſter Generalis abſens mitteret Commiſſarios Viſitatores ad Nationem, ubi reſidet Commiſſarius Familiæ, magnam cauſaret confuſionem, & perturbationem ipſi Commiſſario Generali Familiæ, cui impediret exercitium, ad quod tenetur ex omni jure, & ſuſpitionem de inſufficientia Commiſſarii Generalis pareret Maximam, vel de particulari affectione Miniſtri Generalis.

Æquè utiliter per Delegatum non expediuntur viſitationes.

73. Quia, ut ait Reiffenſt. cit. num.273. *Æque utiliter per alium expediri non poſſunt viſitationes, quæ experientia teſte, utique majori cum fructu, & effectu procedere ſolent, ſi ab Ordinariis, quam ſi à Delegatis Superioribus fiant*: Si ergo è contra Miniſter Generalis abſens Commiſſarios Viſitatores deſtinaret, ubi adeſt Prælatus Ordinarius, uti eſt Commiſſarias Generalis Familiæ, electus ſecundùm Bullam Unionis, volens, & potens commodè viſitare per ſe Provincias, & inter eſſe Capitulis celebrandis, cum factum Miniſtri Generalis deberet judicari prudens, quid non ſuſpicaretur de Commiſſario Familiæ? Imò, & de ipſa Provincia diceretur, eſſe apprimè deformatam, & cum Commiſſario Familiæ diſcordem.

74. Dixi regulariter non expedire præſertim in hac noſtra Familia: Quia cum hæc quaſi in immenſum extenſa ſit, adhuc inſtitutis Commiſſariis Nationalibus pro Germano, Belg. & Indiis Occidentalibus, cæteras omnes Provincias Familiæ moraliter Commiſſarius Generalis perſonaliter viſitare, non poteſt, præcipuè Nationis, de qua non eſt aſſumptus: Pluribus enim ſæpè diſtentus negotiis, legitimè impeditus cenſetur ad eas per ſeipſum viſitandas: Idque facit per Viſitatores à ſe aſſumptos, & Delegatos ex cap.11. Epiſc.10. q.1.

75. Ad Provincias autem ad quas nec Miniſter Generalis, nec Com-

Commissarius Familiæ per seipsos assistere, possunt, parùm interest, quod Delegatus sit destinatus à Ministro, vel Commissario Generalibus ex dictis num.71., & ideò ab utroque indifferenter, & cumulativè designantur juxta petitionem Provinciarum: Cum enim à quocumque designentur, debeantque, esse Delegati, hæc cumulativa designatio non parit ullam perturbationem, confusionem, aut suspicionem, nec in Prælato Ordinario, nec ullam diffamationem in Provincia. Hac ratione invaluit usus in Natione Gallicana, dùm Commissarius Familiæ est Hispanus, recurrendi indifferenter, vel ad istum, vel ad Reverendissimum Ministrum Generalem.

Si per se non visitant parum interest, quod Delectatus sit missus à Generali, vel Commissario Familiæ.

ARTICULUS IX.

In quo declaratur hæc doctrina exemplis, quæ ab aliquo in oppositum adduci, possent.

76. Reverendissimus Generalis Petrus Manerus statim à sua electione in mense Octobris, anni 1651. è Roma discedens ad Provinciam S. Francisci in Umbria, Capitulum Provinciæ celebraturus, accessit. Ex Gubern. tom.1. pag.66. num.5. Hoc factum probat authoritatem Ministri Generalis in toto Ordine, & authoritatem ejus cumulativam cum Commissario Generali Familiæ, ut dictum est Art.1. & 2.: Imò, & potuisse sibi reservare gubernium illius Provinciæ, cum tunc R̃mus. Manerus esset in alia Familia, ut dictum est Artic.5. conclus.1.

Manerus accessit ad Capitulum S. Francisci in Umbria.

77. Daniel Adungo Vicarius Generalis missit Commissarios ad Sardiniam, ut ait cit. Gubern. Idem fecit R̃mus Campanea: Et R̃mus Merinerus missit ab Hispania ad Provincias Seraphicam, & Mediolanensem, tacentibus, nec se opponentibus Gaeta, & Benigno, Commissariis Generalibus. Sed hæc exempla probant tantum authoritatem Ministri Generalis in toto Ordine admittendum Commissarios Visitatores etiam ad Familiam Commissarii Generalis, ut dictum est Art.6. non tamen excludendo Commissarium Familiæ à gubernio dictarum Provinciarum juxta dicta n.60.

Generales mittunt Visitatores ad aliam Familiam non excludendo Commissarium Familiæ.

78. Etiam R̃mus Salizanes existens in Hispania destinavit Visitatorem ad Provinciam S. Thomæ reformatam in Pedemontio, & ad eamdem Provinciam destinavit Visitatorem, etiam Bonaventura Caballo Commissarius Familiæ, & magna osta fuit altercatio: Et rejectis tùm Ministri, tùm Commissarii Generalis Visitatoribus, Cardinalis Barb. authoritate Apostolica tertium designavit: Quo facto ostenditur, quod licèt Minister Generalis possit designare Commissarios Visitatores ad aliam Familiam sine limitatione authoritatis Commissarii Generalis Familiæ, regulariter non expedire propter conturbationes, quæ inde sequuntur: Et ideò dicunt nostræ Constitutiones: *Superiores Prælati inferiores Prælatos non impediant.*

Tamen regulariter non expedit propter conturbationes, quæ ut plurimum sequuntur.

79. Simile quid factum est annis præteritis in Provincia Onservantium Valentiæ, ad quam R̃mus Minister Generalis destinavit Visitatorem, & Præsidem Capituli è Roma: Et cum pervenisset ad notitiam Regis Senatus, propter scandala, quæ timebantur ex executione, iste retinuit literas R̃mi Ministri Generalis, & nullam habuerunt

Simile quid factum est annis præteritis.

exe-

executionem : Et quid fecit ipsa Provincia, & Rm̃us Commissarius Familiæ ? Quod in simili admonet Sanctor. cap.8. Stat.53. ubi inquirit : Si Generalis malè informatus de notorietate causæ mitteret Præsidem (ad Congregationem Provincialem) an non sustinente causa, recipi debeat ?

Causam suggestam habebat Minister Generalis.

80. Dico (inquit) si de facto agendum esset, obediendum est Generali, *qui pro destinatione Præsidentis habet causam; ut notoriam sibi suggestam ... : ob reverentiam. Si autem de jure (ut procedi debet) recurrendum, &c.* Cognovit Rm̃us Commissarius Familiæ, & ipsa Provincia Valentia Rm̃um Ministrum Generalem fuisse malè informatum, ut constat ex Epistola responsiva typis data, scripta à R. P. Puchol, & authenticè ex actis originalibus factis circa causam, reservatis in hac Generali Secretaria; at ob reverentiam debitam Ministro Generali, qui pro destinatione Visitatoris habebat causam suggestam, ex parte sua obedierunt, & Minister Provinciæ exivit ad ultimum Conventum ejus ad recipiendum Visitatorem missum à Ministro Generali, & tradendum illi sigillum Provinciæ.

Scandala semper imminent in simili.

81. Et Rm̃us Commissarius Familiæ, quamvis solicitatus fuerit à Provincia, instante jam tempore Capituli, ut designaret Visitatorem, cum literæ Rm̃i P. Generalis à manu Superiori essent suspensæ; conscius literarum Rm̃i nolluit, ut Rm̃us Campanea nolluit nominare Commissarium Generalem Familiæ, sciens Bullam Urbani, non publicatam, & sic permansit usquequò ad instantiam Provinciæ, præcepit ei Illustriss. Nuncius Hispaniarum, ut uteretur jure suo, quo facto Provincia permanet, & perseverat in sua pace, quiete, & religiositate: Et factum demonstrat, ut in plurimum non expedire ut Generalis absens, mittat Commissarios ubi residet Commissarius Familiæ. Hæc primo facta sunt, quamvis postea contentiones ortæ sint.

Omnia confirmat Rm̃us P. Raphael à Lugagnano.

82. Omnia confirmat Rm̃us P. Fr. Raphael à Lugagnano noster meritissimus, & dignissimus Generalis Minister facto suo, quod annuntiavit Commissario Generali Fr. Joanni de la Torre in Epistola data Aracœli 25. Januarii anni 1747. tenoris Sequentis : Rm̃e Pater : Ex Provincia S. Saturnini Martyr. Sardiniæ fecerunt ad me varios recursus contra R. P. N. uniformes in hoc, quod P. N. procedit suo nimio dominio ut Tyranus, cum gravi scandalo Civitatis Caller, & Ministrorum Regni : Quod habeo pro evidenti, cum Provincialis, & aliqui Diffinitores actuales id ipsum me informent, sicut etiam Exm̃us Comes de Rivera, Orator Regis Sardiniæ in hac Curia, qui & dixit mihi, ut procurarem remedium tanti mali, mittendo Visitatorem, qui obviet tot miseriis, aliàs habere ordinem recurrendi immediatè ad Papam, ut ipse nominet; hoc viso nominavi Visitatorem dictæ Provinciæ quendam Provinciæ Sardiniæ: asseverando V. Rm̃æ me determinasse ad hanc nominationem propter minas Ministri: Quia intentionis meæ est, quod expeditiones fiant per suos immediatos, & legitimos Superiores. Expecto erit gratum V. Rm̃æ P. quod à me gestum est circa dictam Provinciam. V. Rm̃æ Amicus. Fr. Raphael à Lugagnano.

83. In hoc prudentissimo facto nostri meritissimi Ministri Generalis tria præcipuè sunt consideranda: Primo, quod Romæ existens nominaverit Visitatorem pro Provincia S. Saturnini quæ ad hanc Familiam

liam spectat . ut potuit juxta dicta Artic. 1. 2. & 6. Secundò, se determinasse ad hanc electionem propter minas Oratoris Regis Sardiniæ, quæ faciunt destinationem esse convenientem, licèt, hoc non obstante, non habuerit executionem. Et denique per illa verba: Intentionis meæ est, quod expeditiones fiant per suos immediatos, & legitimos Superiores, expecto erit gratum V. Rmæ. P. quod à me gestum est circa dictam Provinciam: Significat Rmus Minister Generalis, ultra nominationem Visitatoris, jam factam, nolle sibi reservare gubernationem dictæ Provinciæ juxta dicta num. 54. 55. & 56.: Et ideò ipse Rmus Torrre, immediatè post, delegavit, suam aurhoritatem R. A. P. Commissario Curiæ Romanæ, ut promptius occurrere posset ad gubernium utriusque Provinciæ Sardiniæ.

Dicta à num. 44. non ab omnibus admittuntur; sed eis concesso, quod Minister Generalis adhuc existens in Familia, de qua assumptus est per se solum possit limitare authoritatem Commissarii Generalis Familiæ electi secundùm Bullam Unionis, & reservare sibi aliquam, vel aliquas Provincias justa existente causa; sine dubio non potest unam integram congeriem Provinciarum in perpetuum, & stabiliter reservare sibi excludendo Commissarium Familiæ, & ejus Successores à regime dictarum Provinciarum, quia ad talem perpetuam reservationem non potest habere justam causam ut patet: Et contraveniret mandato Apostolico, & Constitutionibus Ordinis in re gravissima, nec ultra propriam Familiam congeries Provinciarum alterius Familiæ commodè ab uno Generali Ministro gubernari potest. Additio ad n.83.

ARTICULUS X.

Ubi declaratur, Provincias Recollectas Galliæ subjectas esse Commissario Generali Familiæ.

84. Quamvis circa hoc esset aliqua dubitatio, resolvenudm esset pro Commissario Generali Familiæ. Sic Rmus Robles Vicarius Generalis 8. Julii, anno 1657. proposítio dubio à Patre Bidere Commissario Nationali Germano Belgiço: An Commissarius trium Collegiorum Ibernorum non subjiciatur auctoritati Commissarii Generalis Nationis? Respondit apud Kerckh. cap. 7. §. 20. num. 5. *Declaramus, quod cum sub Natione Belgica comprehendatur, ipso facto ipsi suajicitur, nisi aliquo privilegio eximètur.* Et cum Familia Recollecta Galliæ sub hac nostra Familia contineatur, ipso facto subjicilur Commissario Generali Familiæ, cum non eximatur per aliquam Constitutionem Apostolicam, vel Generalem Ordinis. In dubio standum pro authoritate Commissarii Generalis.

85. Primo, evidenter constat ex Bulla Unionis dicente: *Cui Generalis Minister super præfatos Fratres Ultramontanos vices suas committat, prout Capitulo Generali expedire videbitur*, ut dictum est num. 28. Constat de ejus authoritate ex Bulla Unionis.

86. Secundo, ex Constitutionibus Ordinis desumptis ex dicta Bulla, & ex antiquis Barcin. Tolos. Tolet. & Segov. citatis num. 29. & expressiùs ex Vallisol. anni 1670. tit. pro Natione Gallicana, num. 4. ut infra dicetur, num. 181. 2. Ex Constitutionibus Ordinis.

87. Ter-

3. Ex ipsa erectione Provinciarum Recollectorum.

87. Tertio, constat ex ipsa erectione Provinciarum, & Custodiarum Recollectarum facta in Capitulo Generali Romæ celebrato 10. Junii 1612. sub Cardin. Aragonio, Ordinis Protectore, authoritate Apostolica in eodem Capitulo Præside, in quo erectæ fuerunt duæ Recollectorum Provinciæ, & una Custodia, putà, Provincia S. Dionysii in Francia, Provincia S. Bernardini in Gallia, & Custodia Sancti Antonii Delphinatus, ut constat ex Tabellis illius Capituli apud Gubern. & Chronol. Seraph: & ad stabiliendam pacem, concordatum fuit cum communi consensu Ministrorum Custodum, Commissarii omnium Patrum Recollectorum Galliæ, & Custodum ipsorum Recollectorum: *Quod dictæ duæ Provinciæ, & custodia in omnibus subditæ erunt Generalis Ministro, sicut aliæ Provinciæ Ordinis*, ut constat ex literis publicatis à Rmo Hierro, Ministro Generali, apud Orbem Seraph. tom.2. pag.412. num.270. quam conditionem sub expressis verbis de verbo ad verbum confirmavit Paulus V. in Bulla: *Ut ea*, 10. Octobris 1613. apud Gubern. tom.2. pag.414. num.274. Et cum aliæ Provinciæ Ordinis in omnibus Subditæ sint Ministro, & Commissario Generali Familiæ, etiam Provinciæ Recollectæ ex ipso limine suæ erectionis similiter subduntur.

88. Quod expresè declaravit Minister Generalis Joannes de Hierro per suas literas, datas Romæ 10. & 11. Julii anni 1612. juxta mentem Capituli Generalis, & concordati, pro majori Concordia, & pace Custodiæ Delfinatus, & Provinciæ S. Bernardini, in quibus exprimitur, quod in electione futurorum Custodum Custodiæ præsidebit ille, *qui authoritate Ministri Generalis, sivè Commissarii Generalis Ultramontani erit Præses in Capitulo Provinciæ S. Bernardini*.

89. Et addit: *Illa autem Custodia manet, ac in posterum manebit sub jurisdictione Ministri Generalis, ac Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ pro tempore existentium*. Leges autem primordiales, & fundamentales sunt inalterabiles adhuc per Principem ex cap. per venerabilem de elect. Petrus Greg. de Republ. lib.7. cap.10. n.1. & cap.16. num.8., & cap.20. num.24. ibi: *Leges quæ stabilierunt Principatum, &c. non possunt à Principibus per legem ad Principatum pervenientibus rumpi, & infringi*. Lex enim originalis, & adjecta fundationi totam regit dispositionem, l. qui id quod 33. D. de donat. l. damni 18. ff. Sabini D. de damno infecto l. tutor datus 69. D. de fidejussorib. en literæ decissivæ.

Literæ Rmi Herro quoad subjectionem Custodiæ Delphinatus ad Commissarium Familiæ.

90. Ego infrascriptus Lector Jubilatus, Archivi Generalis Ordinis in hac Curia Matritensi Custos, testor, in ipso, inter alia instrumenta originalia, manipulo 1. num.1. in regesto Rmi P. Ministri Generalis Fr. Joannis de Hierro pag.223. reperiri sequentes literas: *Fr. Joannes de Hierro, totius Ordinis FF. Minorum S. P. N. Francisci Generalis Minister, & Servus. Patribus in Domino dilectis, P. Custodi Reformationis S. Bonaventuræ, Guardianis Conventum, qui ad eam pertinent præcipimus, & mandamus, ut prædictæ S. Antonii Custodiæ Delfinatus noviter erectæ, assignentur, tribuanturque septem Conventus. Illa autem Custodia manet, ac in posterum manebit in omnibus, sicut cæteræ Custodiæ sub jurisdictione Ministri Generalis, ac Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ, pro tempore existentium. Datis Romæ in Conventu nostro Aracœlitano, die 10. mensis Julii, anni Domini* 1612.

90. Ibi-

91. Ibidem secunda litera sic: *Fr. Joannes de Hierro, totius Ordinis FF. Minorum S. P. N. Francisci Generalis Minister, & Servus. Omnibus Patribus, & Fratribus præsentes has nostras literas visuris, lecturis, & audituris notum sit, quod, cum in Capitulo Generali novissimè celebrato in hac Alma Urbe, & Conventu nostro Aracœli, erecta fuerit quædam Custodia in Gallia sub nomine S. Antonii Delfinatus, & jurisdictione Provinciæ S. Bernardini Reformatorum, pro majori concordia, & unione ipsarum, nempè Custodiæ, & Provinciæ, nonnulla declaranda duximus, quæ sequuntur: Primo, quod Minister Provincialis S. Bernardini, ut supra, præsideat in primo Capitulo dictæ Custodiæ, celebrando, loco, & tempore Capituli ejusdem Provinciæ, & omnes electiones in eo factas sua authoritate confirmet. Secundo, quod prædictus Minister Provincialis præsideat in omnibus Congregationibus intermediis, futuris temporibus celebrandis, in quibus electiones Guardianorum, & aliorum Officialium fiunt, & fieri solent in ipsa Custodia. Tertio, in electione futurorum Custodum habebunt vota Guardiani Conventuum ipsius Custodiæ, præsidebitque ille, qui authoritate Ministri Generalis, sivè Commissarii Generalis Ultramontani, erit Præses in Capitulo Provinciæ S. Bernardini. Quarto, habebunt vota in electione Ministri Provincialis futuri Provinciæ S. Bernardini, Custos, & Guardiani omnes prædictæ Custodiæ, sicut cæteri Provinciæ Guardiani. In quorum fidem has propria manu firmavimus. Datis Romæ die 11. Julii 1612.*

In Provincia S. Bernardini Præses Capituli debet, institui a Ministro Generali, sivè a Commissario Generali hujus nostræ Familiæ.

Hæc copia concordat dicto regesto, ad quod me refero, & hæc secunda litera etiam habetur in hoc Archivio in Scrinio Provinciæ S. Bernardini in Gallia. In quorum fidem propria manu subscripsi in hoc Regali Conventu S. Francisci Matritensi, die 14. Martii, anno Domini 1749.

Fr. Gabriel Garcia Tapiador.
Lect. Jubilat. & Archiv.

92. Illustris ergo Natio Gallicana, & etiam Familia ejus Recollecta semper subjecta fuit Commissario Generali Familiæ, ideòque inquit Gubern. tom. 1. pag. 278. num. 7. *Natio Gallicana à pluribus Capitulis olim, ut in Chronologia Seraph. est videre pag. 646. & 269. jam sub Vincentio Lunello ante annum 1540. in Capitulo Mantuano 1541. in Segov. 1621. & in Vallisol. 1670. in Commissarium Generalem Familiæ ultro consentientes, ut legitimum Superiorem, atque Prælatum ordinarium ab omnibus Galliarum Provinciis, nulla facta reservatione, professi sunt, acceptare.* Vide supra num. 29.

Tota Natio semper fuit sub Commissario Familiæ.

93. Quarto, constat, quia etiam Commissarii Nationales Galliæ (qui aliquando Vicarii dicti sunt. Gubern. tom. 1. pag. 69. num. 1. & pag. 303. num. 1.) quando habiti sunt, semper fuerunt subjecti Commissario Generali Familiæ, electo secundùm Bullam unionis; ideò anno 1599. cum Bonaventura de Calatagirone Generalis pro stabilenda Gallum inter, & Sabaudum pacis conclusione, iterum à Pontifice in Gallias amandatus, ad Capitulum Generale advenire, non posset; per literas suas, tanto viro dignas, Fatres Capitulares dirigere, voluit *de Commissariis Nationalibus, præcipuè in Gallicis Provinciis per Generales Ordinis, & Familiæ respectivè, utrùm constituendi, aut sine illis reformationem ibidem licitum sit, expectare,* luculenter, & pul-

4. Quia Commissarii Nationales Galliæ quando habiti sunt, subdebantur Commissario Generali Familiæ ex Epistola Calatagyronis.

& pulchre præscribit, inquit Gubern. tom.2. pag.369. ex Archivio Aracœlitano. Si ergo Commissarii instituendi erant per Generales Ordinis, & Familiæ respectivè ad reformationem pro Gallicis, casu, quo judicarentur necessarii, ipsi erant subjecti Ministro, & Commissario Familiæ.

PP. Legault, & Allart fuerunt subjecti Commissario Generali Familiæ, & salva hujus authoritate Sormanus voluit instituere anno 1685.

94. Natio Gallicana, & Familia ejus Recollecta, ab anno 1637., ad 1642. habuit Commissarium Nationalem Ignatium Legault Recollectum; & ab anno 1676., ad 1679. Germanum Allart, etiam Recollectum subjectos Commissarios Generali Familiæ; quibus adde, quod Rm̃us Minister Generalis Sormanus voluit concedere Nationi Gallicanæ Commissarium Nationalem, ut constat ex suo regesto tit. Decreta varia: Ubi sub anno 1685. die 3. Junii, dicitur, decretasse institutionem Commissarii Nationalis Galliarum eadem authoritate, qua Rm̃us Samaniego instituit P. Allart: *Salva tamen* (dicitur in regestro) *in omnibus officii nostri, tùm ipsius Familiæ Commissarii Generalis pro tempore existentis authoritate*.

95. Quamvis Congregatio Generalis habita Matriti anno 1685. die 11. Junii visis, & auditis omnium ferè Provincialium Galliæ, tùm Observantiæ, tùm Recollectorum oppositionibus circa prætensionem nonnullorum Religiosorum, procurantium, institui in Gallia Commissarium Nationalem, ac rationibus, & inconvenientibus ponderatis, decrevit, retundendam ejusmodi prætensionem, ac supplicandum Rm̃o P. Ministro Generali, sese opponeret hujusmodi prætensioni. Apud Julium Venet. pag. 190.

96. Cum Fr. Bonaventura Daunius in Germania superiori Commissarius Generalis à Ministro Generali institutus, Paulum de Sulmone Commissarium Generalem in illa Familia, secunpùm Bullam Unionis electum, in suum Superiorem recognoscere, detractaret, Joannes de Hierro Ministes Generalis *gravissimum hujusmodi errorem* (inquit Gubern. tom.1. pag.318. num.2.) datis sequentibus literis corrigere voluit: *Cum igitur Ordo noster, sicuti ex nostris Generalibus Constitutionibus Apostolica authoritate roboratis, patet, divisus sit in duas Familias, quarum una Cismontana, altera verò Ultramontana nominatur, ac ad P. Commissarium Generalem, canonicè electum, secundùm Bullam Unionis, pertineat gubernium, ac regimen illarum Provinciarum Familiæ, de qua fuerit electus.*

Hierro corrigit errorem Commissarii Germaniæ Superioris.

97. *Declaramus per præsentes has literas, nostra manu, & sigillo majori nostri Officii munitas, quod regimen Provinciarum Tyrolii, &c. expectat ad Rm̃um P. Fr. Paulum in Capitulo ultimo Romæ novissimè ritè, ac rectè electum, ac illi tanquam vero, & legitimo suo Prælato omnes tùm Provinciales, tùm Commissarii Generales illarum prædictarum Provinciarum obedire teneantur. Declarantes, quod Commissarius Germaniæ, nempè P. A. R. Fr. Bonaventura Daunio per Nos institutus... non eximitur à præfati P. Commissarii Generalis Familiæ obedientia 4. Martii 1613.*

Declarat Commissarium Nationalem, electum à Generali, subjici ad Commissarium Familiæ.

Sambuca 1659. hoc declarat contra Commissarium Lusitanum, & Joseph Ximenez 1676. contra Commissarium Generalem Galliarum.

98. Ideò inquit Gubern. cit. pag.70. num.6. contra Germaniæ Superioris Commissarium Generalem hujusmodi dependentiam, & subordinationem, etiam ad Commissarium Generalem Familiæ secundùm Bullam Unionis electum, evicit Fr. Joannes de Hierro Minister Generalis anno 1613. & contra Lusytanum Michael Angelus de

Sam-

Sambuca, anno 1659. & noviſſimè Joſeph Ximenez, anno 1676. contra Commiſſarium Generalem Galliarum. Commiſſarii ergo Generales Nationales ſubduntur Commiſſario Generali Familiæ, niſi aliquis eximatur per Conſtitutiones Apoſtolicas, vel Statuta Generalia Ordinis; & oppoſitum eſt graviſſimus error, ut inquit Gubern. cit.

99. Quinto conſtat: Quia etiam Officiales Curiæ Romanæ ſubduntur Commiſſario Generali illius Familiæ ex Salmant. 1553. cap. 8. ibi: *Subditi ſint, ac pro Subditis habeantur authoritati, & obedientiæ Generalis Commiſſarii illarum partium*. Quod Statutum tranſcriptum fuit in Segov. 1621.: Et quamvis hæc diſpoſitio correcta fuit in Capitulo Generali Tolet. 1633. antiqua diſpoſitio reſtituta fuit ad integram obſervantiam ab Urb. VIII. in Bulla: *Inter multiplices* 18. Novembris 1641. ibi: *Omnes, & ſinguli ejuſdem Ordinis Fratres cujuſcumque gradus, & dignitatis, ac etiam Ultramontanæ Familiæ exiſtentes pro tempore, quo in Ciſmontana Familia commorabuntur ſint, & eſſe, debeant ſub obedientia Commiſſarii Generalis Ordinis hujuſmodi, pro tempore exiſtentis, prout erant, priuſquam prædictum Statutum* (1633.) *fieret, earundem tenore præſentium ſtatuimus*.

5. Quia etiam Officiales Curiæ Romanæ ſubduntur Commiſſario Geenerali illius Familiæ.

100. Et ideò Rm̃us Miniſter Generalis Samaniago declaravit apud Gubern. tom. 1. pag. 410. num. 56.: Prælatos Generales, quorum prædicti Officiales ſunt Subditi, teneri in viſitationibus Conventus Aracœli, inquirere ſpecialiter de modo, quo Officiales ipſi ſe gerunt in gubernandis Forenſibus. Ita habet, & noviſſima Compilatio. Gubern. cit. Sanctor. in Stat. pag. 473. Lantuſ. v. Procurator, num. 9. Montalv. tom. 2. cap. 7. art. 1. à num. 25. Et anno 1733. declaravit ipſe P. Procurator Generalis Diſcalceatorum, & Recollectorum, ſeipiſum, omneſque ſuos Religioſos Forenſes Diſcalceatos, & Recollectos, ſivè permanenter commorantes in Conventu Aracœli, vel aliis quibuſcumque Conventibus ſubjectis Familiæ Italiæ eſſe, & fore ſubjectos Commiſſario Generali illius Familiæ, quæ declaratio fuit roborata à Sacra Congregatione & canonizata à Clem. XII. ut infra num. 450.

Samamego declarat Officiales Curiæ eſſe ſubjectos Prælatis Generalibus.

Confeſſus eſt Procurator Recollectorum, & Diſcalceatorum, & confirmavit Clem. XII.

101. Et Rm̃us Joannes de Hierro, Romæ 30. Auguſti 1612. præcepit, quod omnes Fratres iſtiùs Familiæ, etiam Recollecti Galliæ, eſſent Romæ ſubjecti Procuratori obſervanti hujus Familiæ. Gubern. tom. 1. pag. 412.; & non Procuratori Reformatorum alterius Familiæ, orta controverſia, occaſione Recollectorum Galliæ ad Urbem accedentium: Et in literis expeditis Matriti 11. Februarii 1613. ſic determinat: *Cum relatum nobis ſit inter P. Procuratorem noſtri Ordinis Generalem, ac Reformatorum Italiæ commorantem, lites ortas fuiſſe ſuper hoc: An Fratres Reformati Galliæ Romam confluentes uni, vel alteri prædictorum Procuratorum Subditi eſſe, debeant? Neceſſarium duximus declarare, quid hactenus fuit in hujuſmodi negotio obſervatum, ac quid in poſterum obſervandum*.

102. *Recollecti ſivè Diſcalceati Hiſpaniarum, ac Galliæ, pro quacumque occaſione Romanam Curiam petiierint, perpetuò ſub cuſtodia, & juriſdictione præfati Commiſſarii Generalis, vel Procuratoris Generalis Ordinis permanſerunt, ac illis eorum expeditioni concernentibus obedierunt. Et mandamus per S. Obedientiam Procuratori Reformatorum, ne in poſtremum, in negotiis nominatorum, Fratrum Galliæ ſe ingerat... ſecundùm antiqua, & nova Ordinis Statuta. Joannes de Hierro*.

Hierro declaravit Recollectos, exiſtentes Romæ, ſemper fuiſſe ſubjectos Commiſſario Generali, vel Procuratori Ordinis ſecundùm antiqua, & nova Ordinis Statuta.

Constat evidenter ex usu non interrupto, & ex patentibus institutionis Ministrorum Generalium.

103. Per obitum Fr. Seraphini Tardisset, Agentis in Curia pro Galliarum Recollectis, Cardin. Barberin. Ordinis Protector, 2. Martii 1685. P. Nicolaum Bernardum suffecit in Officio: Et cum orta fuisset aliqua difficultàs, an dictus Agens deberet subjici Procuratori Generali. Gubern. tom. 1. pag. 424. num. 84. sequentia affert: *Constat evidentèr ex sequenti, & non interrupto usu, atque ex sequentibus Ministrorum Generalium patentibus, quibus Agentes hujusmodi instituti sunt, istos semper cum omnimoda subjectione, & dependentia ad Ordinis Procuratorem, vel Commissarium Curiæ respectivè sine ulla exceptione perseverasse.*

104. Hoc sine ulla tergiversatione legimus, (inquit cit. Gubern. ex Archivio Aracœl.) in literis P. Pacifici a S. Valerio, ex Recollecta S. Francisci Provincia, quibus à Michaele Angelo de Sambuca, Ministro Generali, die 29. Nov. 1663. in Agentem, seù Solicitatorem pro Recollectis Galliarum Provinciis deputatur ad triennium, cum omnimoda ad peragenda illorum in Curia negotia facultate, tùm à se, tùm à Prædecessoribus suis hujusmodi Agentibus concedi solita; ita tamen, ut juxta Statutorum dispositionem ab Officialibus Curiæ plena subjectione dependeat.

105. Hoc idem patet ex literis Salizanes, prosequitur dictus P. Gubern., & etiam ex literis Rmi Samaniego datis Aracœli 28. Septembris 1676. P. Clementi Ametis, Provinciæ S. Dionysii Recollectorum in Gallia, quibus instituit cum facultatibus prout de jure, usu, & consuetudine solitis, in Argentem Provinciarum Galliæ. Addit tamen: *Sine ejus scitu* (Officialis Curiæ) *& consensu, nihil præfatas Provincias concernens, tractes*. Ex quibus constat Recollectos Galliæ semper fuisse subjectos, non solùm Ministro Generali; sed etiam aliis Prælatis Generalibus, etiam Observantibus, authoritatem ordinariam habentibus, & oppositum esse gravissimum errorem, ut inquit cit. Gubern.

CAPUT PRIMUM.

In quo multipliciter solvitur argumentum, desumptum ex Constitutionibus Apostolicis per sequentes Articulos.

ARTICULUS PRIMUS.

In quo proponitur, & primò solvitur primum Argumentum.

Argumentum desumptum ex Constitutionibus Apostolicis.

106. EX Restricto juris num. 2., & Summario num. 1. 3. & 4. san. mem. Clem. VIII. per suam Constitutionem: *Pro injuncti nobis* 26. Martii 1601. ad Recollectos Galliæ extendit Bullam pro Reformatis Italiæ à Greg. XIII. editam, in qua inter alia habetur, quod *Minister Generalis Fratrum de Observantia tantùm; minimè autem Provincialis, sive alii dictorum Fratrum de Observantia Prælati, aut Commissarii in dictos Fratres Reformatos, sive illorum Custodias jurisdictionem, visitandique, & corrigendi facultatem habeat*. Quæ Bulla fuit confirmata à Paulo V. *Onerosa Pastoralis officii* 11. Martii 1611. à Greg. XV. *Ex injuncta nobis* 23. Septembris 1622. Et Urba-

ban.VIII. *in Cathedra* 5. Novemb. 1626. En fundamentum, si non unicum, primum, & principale Summarii, & Restricti.

SOLVITUR PRIMO.

107. Reespondeo, quod dùm Bulla Gregoriana (idem dicitur de aliis confirmantibus eam) inquit: *Minister Generalis Fratrum de Observantia tantum in dictos Fratres Reformatos jurisdictionem habeat*. Non excluditur, sed includitur Commissarius Generalis Familiæ, electus secundum Bullam Unionis: Quia nomine Generalis tàm intelligitur Commissarius Generalis Familiæ in ea, quàm Vicarius Generalis, & Minister Generalis pro toto Ordine: Ideò millies in nostris Constitutionibus Minister Generalis, & Commissarius Familiæ vocantur *Prælati Generales*: Et etiam *Generales* absolutè, ut in Statutis recopilatis à Rmo Monilia ex commissione Capituli Generalis 1553. observandis ab altera Familia ex mandato Julii III. & Carpo Protectoris nostri, ubi cap.8. tit. *de Commissariis particularibus missis à Generalibus*. *Ibi*: *Commissarii ad Provincias per Generales Ministrum, aut Commissarium &c.* Et cap.12. ibi: *Ordinamus, quod Generales Minister, & Commissarius nullos Fratres mittant ad Infidelium partes &c.* apud Gubern. tom.3. pag.343. Et in Constitutionibus 1612. apud Gubern. tom.3. pag.607. & Chronologiam Seraph. tom.1. pag.539. ibi: *Prælati Generales ultra assignatum tempus possint, differre Capitula per sex menses*; & loquitur Constitutio de Generali, & Commissario Familiæ. Et §. Ad evagationem coercendam, ibi: *Nullus Provincialis, aut Guardianus audeat retinere Apostatas, sine speciali licentia Generalium*. Nomine Generalis, vel Ministri Generalis etiam intelligitur Commissarius Familiæ.

108. Et quod nomine Generalis tam intelligatur Commissarius Generalis Familiæ, quàm Vicarius, aut Minister Generalis, expresse habetur in Constitutionibus pro Reformatis Italiæ editis, & collectis, confirmatisque in forma speciali ab Urb.VIII. & publicatis anno 1642. ubi cap.12. num.5. sic dicitur in lingua Itala: *Si dichiara anco, che quando ne' præsenti Statuti si nomina il Padre Generale, s'intende tanto del Padre Ministro, quanto de' Padri Vicarii, è Commissarii Generali*. Apud Gub. tom.4. pag.112. & Julium Venet. pag.40.: Et istæ Constitutiones præcipiuntur, reimprimi in Capitulo Generali 1688. apud Jul. Venet. pag.231. ibi: *Reimprimantur, & ad Provincias mittantur ad hoc, ut bis in anno in publica mensa legantur sub pœnis, &c.* Itala Constitutio.

109. Et in hac intelligentia expediuntur Romæ Brevia Pontificia, & colligitur ex ipsa Bulla institutionis Commissarii Generalis Familiæ, scilicèt, Unionis, ubi post dictam institutionem præcipitur primò: *Omnesque Generali Ministro prædicto, ac Provincialibus Ministris, & Custodibus subjici debeant*. Secundo: *Nullæ Reformationes introducantur absque Ministri Generalis, aut Provincialium Ministrorum expresso assensu; ita tamen, quod ipse Reformationes Ministro Generali, & Provincialibus subjiciantur*. Tertio: *Omnes domos ipsi Ministro Generali, ac Provincialibus Ministris subjicimus*. Quarto: *Quoties pro parte dicti Generalis, & Provincialium requisiti fuerint, &c.* In hac intelligentia expediuntur Brevia Pontificia.

110. Et

Sic fuit exp edita Bulla Unionis .

110. En toties in dicta Bulla committitur cura omnium Fratrum Minorum, Domorumque eorum Generali Ministro, & Provincialibus, & Custodibus respectivè, & debita istis Obedientia, & respectu Commissarii Generalis Familiæ, nec obedientia Fratribus præcipitur, nec horum cura ei demandatur, nec nominatur in tota Bulla post institutionem officii: Quare ? Quia nomine Ministri Generalis etiam intelligitur Commissarius Generalis Familiæ: Quia juxta dictam Bullam quoad suam Familiam residet in eo omnis illa authoritas, & jurisdictio, quam Minister Generalis habet in totum Ordinem: Et ratio est, quia potestas Ministri Generalis transit, & descendit in Commissarium Generalem Familiæ, tanquam in Vicem Ministri Generalis gerentem, authoritate ordinaria in sua Familia in omnibus, quæ pertinent ad ejus officium ex dicta Bulla Leonis dicente: *Generalis fungetur officio* sine limitatione; nisi in Capitulo Generali exprimatur, ut ex Roder. & aliis novissimè inquit R. P. Fr. Antonius Cajet. à D. Bonav. in sua Elucitatione Const. Benedict. §.4. num.351. & 352.: Et ideò non mirum, quod nomine Generalis, vel Ministri Generalis veniat Commissarius Generalis in sua Familia, cum sit *Minister Ministrorum Provincialium suæ Familiæ*, ex Constitutionibus 1565.

Sic etiam Bulla : *Postulat.*

111. Constat etiam ex Bulla: *Postulat Apostolici muneris* Pauli V. data 4. Februarii 1607.: In tota hac Bulla non nominatur Commissarius Generalis Familiæ, sed Minister Generalis per hæc verba: *Tenore præsentium statuimus, & ordinamus, ut tu, & cui pro tempore Successores Ministri Generales super omnibus Reformationibus, & Fratribus Reformatis eamdem ordinariam potestatem, quam super omnibus Reformationibos, & Fratribus Reformatis eamdem ordinariam potestatem, quam super aliis ejusdem Ordinis Fratres habes; & exerces, similiter habere, & exercere liberè possis*; sed non obstante quod non nominetur in tota Bulla Commissarius Generalis Familiæ, Bullarium novum Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum ab ipsis Matriti impressum anno 1744. sic rubricat hanc Bullam: *Compendium de authoritate tam Ministri, quam Commissarii Generalis Ordinis Minorum super omnes Reformationes in ipso Ordine ei subjectas.*

Juxta RubricamBullæ.

112. Et ex Rubrica clara, & perfecta validum, & optimum consurgit argumentum Barbos. tom. Variar. tract. locor. commun. loco 98. num.1. & 2. Et Rubrica generalior declarat Nigrum, illudque ampliat, quando Nigrum est dubium. Reiffenst. tom.1. in jus Canon. in prœmio, §.6. à num.92. & seqq. Ideò Montalvo in Glossa fundamentali Statutorum, tom.2. cap.21. art.1. num.12. inquit: *Quæ in Constitutione* (surà posita Pauli V.) *non solùm Ministri Generalis; sed etiam Commissarii Generalis Familiæ authoritas super Reformatos declaratur.*

Juxta Montalv. Jul. Ven. Lant. Congr. Prælator. Cardin. Onufr.& Guber.

113. Hanc eamdem intelligentiam huic Bullæ dedit Jul. Venet. in Chronol. historico-Legali Seraphici Ordinis, pag.42. Lantusca v. Commissarius Generalis. Gubern. tom.2. pag.372. num.181. ubi inquit: *Qua Minister, & Commissarius Generalis super Reformatos authoritate pollerent, methodo firmiori declaravit dato sequenti diplomate Pauli V. Postulat.* Congregatio Prælatorum ab Urb. VIII. instituta super authoritate Commissarii Generalis Familiæ super omnes, & singulos suæ Familiæ Religiosos, siè Regulari, sivè strictiori Ob-

ser-

ſervantia, in Decreto intimato univerſæ Religioni 27. Septem. 1625. à Card. Onufrio de mandato Pontificis inquit: *Paulum V. per Bullam quæ incipit: Poſtulat Apoſtolici, ita ordinaſſe*. Ut videre eſt infra n. 172.

114. Nunc quæro: Si Paulus V. in Bulla *Poſtulat* non nominat Commiſſarium Generalem Familiæ, ſed Miniſtrum Generalem, quomodo Expoſitores citati noſtrarum Conſtitutionum (& ſunt Strictioris Obſervantiæ, & utriuſque Familiæ) ſententia Card. S. Onufrii, & Congregatio Prælatorum ab Urb. VIII. ſuper hoc inſtituta dicunt quod Paul. V. in dicta Bulla declaravit authoritatem Commiſſarii Generalis Familiæ in Reformatos? Jam dictum eſt, quia nomine Miniſtri Generalis etiam intelligitur Commiſſarius Genenaris Familiæ: Ideò dicitur apud Gubern. tom. 4. pa. 344. *quod nemine diſcrepante ſub nomine Generalis æquè veniat Commiſſarius Generalis in ſua Familia, ac Miniſter Generalis in toto Ordine*. Et pag. 347. num. 16. concedit, *non eſſe dubium per ſæpè repetita Statuta Ordinis ſub nomine Generalis tam venire Commiſſarium, quàm Miniſtrum*.

115. Item: Pariſienſia Statuta anni 1579. Valliſol. anni 1593. Segov. anni 1621. tit. de appellat. cap. 6. ordinant. juxta Bullam Gregorii XIII. *Quoniam noſtro*, datum 8. Aprilis 1575. appellationem fieri, debere à Provinciali ad Generalem, in ſingulari; & hoc non obſtante, juxta communem intelligentiam Religionis, declaratam in Conſtitutionibus anni 1700. & Expoſitorum noſtrarum Conſtitutionum, ordo appellationis intelligitur à Provinciali ad Commiſſarium Familiæ, dùm eſt in illa, & à Commiſſario Familiæ ad Generalem: Quia nomine Generalis etiam intelligitur Commiſſarius Generalis: Ita etiam dùm in Bulla Gregoriana: *Cum illius vicem*, dicitur: *Miniſter Generalis Fratrum de Obſervantia tantùm in dictos Fratres Reformatos juriſdictionem habeat*: Non excluditur, ſed includitur Commiſſarius Generalis Familiæ.

Sic etiam Bulla: *Quoniam noſtro*.

116. Sic Conſtitutiones noſtræ; & earum Gloſſatores univerſaliter citant dictam Bullam: *Quoniam noſtro*, etiam titulo de Viſitatoribus Provinciarum, ſupponendo Provinciales, & alios Religioſos rebellantes Viſitatoribus miſſis etiam à Commiſſario Generali Familiæ, incidere in pœnas impoſitas in Bulla, quamvìs in ea non nominetur Commiſſarius Generalis Familiæ, ſed tantum Miniſter Generalis: Ergo quia nomine Miniſtri Generalis intelligitur etiam Generalis Familiæ Commiſſarius ex mente, & more loquendi Pontificum, intelligentiaque Religionis. Vide num. 124.

ARTICULUS II.

In quo declaratur, per Bullam: Cum illius vicem, *non excludì Commiſſarium Generalem Familiæ, electum ſecundum Bullam Unionis à gubernio Reformatorum, Recollectorum, & Diſcalceatorum.*

117. GReg. XIII. in Bulla: *Cum illius vicem*, cum primò excludat Provincialem à gubernio Fratrum Reformatorum, dicendo: *Minime autem Provincialis, ſive alii*, clarè innuit, non comprehendere in excluſiva Commiſſarium Generalem Familiæ,

Prior nominatio majorem dignitatem arguit.

Su-

Superiorem Provinciali. Melphi cap.8. Stat.36. pag.473. Exclusi ergo à gubernio Recollectorum sunt tantum Provinciales, & alii dictorum Fratrum de Observantia Prælati, aut Commissarii inferiores: Quia in exclusiva primò nominatur Provincialis: prior autem nominatio majorem dignitatem arguit. Barbosa de Axiom. axiom.188. num.6. & axiom.69. num.1. Ameno de pœn. tit.6. §.3. num.45.

Ex Rod.& Sanctor.

118. Sic Emm. Rod. tom.1. qq. reg. q.54. art.1. inquit: Cum Greg.XIII. pœnas ponat tantum contra Provinciales, & alios sibi inferiores, clarè innuit, non comprehendere Commissarios Generales Familiæ, Visitatoribus aliqua de causa resistentes. Sanctor. de pœnis part.2. cap.30. inquirit: Qui sunt illi Prælati, quibus inhibetur contra Patres Ordinis, vel Provinciæ procedere in Statutis? Respondet: Quando in Statuto dicitur à Superioribus Provincialibus, & Commissariis (ne procedatur contra Patres qualificatos) tò *Commissariis* non comprehendit Commissarios Generales, sed Provinciales, Quia non esset accommodata distributio, si Commissarii Generales venirent, dùm post Superiores Provinciales absolutè ponuntur; nec assignari, posset ratio, cur additum sit tò *Provinciales*, dùm disponitur de Superioribus; & non sit oppositum ad Commissarios.

Ex Portillo, & Jos. à S. Joanne, assensuque DD.

119. Rodericus de Portillo, Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana ad finem anni 1612. in causa: An Recollecti Galliæ Romam Confluentes ipsi subjici, deberent, apud Gubern. tom.1. pag.414. num.61. hanc eandem intelligentiam dedit Bullæ: *Cum illius vicem*, & eam canonizavit Rmus Minister Generalis Hierro 11. Martii 1613.: Dicebat enim P. Portillo: Cum sit *Provincialis* primò exceptus expresse, reliqui Prælati intelligi, debent inferiores Provincialibus, & quod si Procuratorem Generalem excludere, vellet, expresisset. Et A. R. P. Fr. Josephus à S. Joanne, Diffinitor Generalis pro Discalceatis in suo memoriali præsentato ad Sanctissimum 28. Augusti 1710. dicebat apud Bullarium novum Discalceator. tom.3. pag.155. ex assensu Virorum Doctissimorum in jure Canonico, & Civili, & in Sacra Theologia: Quod si Urb. Papa VIII. in Bulla: *Religiosos viros*, auferret ex Officialibus Generalibus inter Discalceatos exemptionem Patrum, excluderet illos expresse, ut in dicta Bulla excludit Ex-Vicarios Provinciales.

Privilegium contra jus commune non extenditur ad non expressa.

120. Tùm, quia Privilegium non extenditur, nisi ad ibi expressa, prout communiter tenent DD. & affert Rotar. tom.3. lib.3. cap.5. punct.1. num.17. & in simili, Montalvo tom.2. cap.7. art.4. num.26.: Nam Privilegium totum pendet à voluntate concedentis, expressa, per verba ipsius Privilegii: Unde continetur intra terminos talis expressionis; nec extra illos exit, & divagatur; etsi Princeps voluisset, concedere, illud exprimeret, sicut expressit in nostro casu independentiam Reformatorum à Ministro Provinciali Observantium cap. Ad audient. de Decim.12. independentia autem concessa Reformatis, & extensa ad Recollectos Galliæ, est privilegium, vel extensio Privilegii, & cum sit contra jus commune Minoriticum, secundùm quod subjici, deberent ad Provinciales, & alios Prælatos, est odiosum, & strictè interpretari, debet, prout communiter tenent DD. & affert Donat. tom.1. part.1. tract.8. quæst.6. num.1. Vide infra num.131., & 132.

Imò

121. Imò tale privilegium est contra jus quæsitum tertii, nempè Commissarii Generalis Familiæ ex Bulla Unionis, quod adhuc in dubio non est lædendum cap. Cum dilect.8. in fine de consuet., nec in dubio præsumitur, quod Pontifex velit, tollere jus quæsitum alterius. Cap. Quamvis 8. de Rescript. in 6. Portel. dub. reg. ver. Privilegii extensio, pag.874. num.46., ibi: *Etiam si privilegium sit concessum motu proprio, non extenditur ad privandum aliquem jure acquisito, illo non audito.* Strictèque est interpretandum per Text. in cap. Super eo 15. de Offic. Delegat. ibi: *Non tamen est nostræ intentionis diœcesano Episcopo præjudicium generare.* Præcipuè contrà jus Tertii.

ARTICULUS III.

In quo probatur assumptum praxi, & exemplo subjectionis Discalceatorum ad Commissarium Generalem Familiæ.

122. GReg.XIII. in Bulla: *Ad hoc nos Deus* 12. Nov.1577. apud Gubern. tom.2. pag.318. num.83. ibi: *Adeò quod ipse Minister (de Observantia Generalis) per seipsum, vel alium, vel alios ejusdem Ordinis Discalceatorum tantum, possit eosdem Fratres Discalceatos corrigere, visitare, & in eos jurisdictionem exereere.* Et hanc exemptionem ad literam confirmavit Clem.VIII. 25. Mart.1592. in Bulla quæ incipit: *Dudum à fæl. rec.* apud Bullarium Discalceator. cit. tom.1. pag.332. Et iterum Paul.5. 9. Aprilis 1618. in Bulla quæ etiam incipit: *Dudum* ibi: *Adeò quod ipse Minister per seipsum, vel alium, vel alios ejusdem Ordinis Discalceatos tantum possit eosdem Fratres Discalceatos corrigere, visitare, ac in eos jurisdictionem exercere.* Et præsentata, & admissa fuit hæc Bulla in Consistorio Regio Matriti 13. Julii 1618. ut testatur D. Fernandex Ruiz de Contreras, apud cit. Bullarium, tom.1. pag.495.

123. Et Urb.VIII. anno 1634. 8. Nov. in Bulla: *Aliàs fæl. record.* confirmavit Bullas Greg.XIII. & Clem.VIII. apud cit. Bullar. tom.2. pag.149. & iterum anno 1642. 8. Aprilis, ibi: *Ut Fratres Discalceati prædicti jurisdictioni, & correctioni Ministri Generalis de Observantia nuncupatorum dumtaxat subsint.*, apud Gubern. tom. 2. pag.289. Et iterùm 22. Decembris 1642. in Bulla: *Aliàs pro fælici*, ibi: *Nullus ex dicti Ordinis Observantibus præter illius Ministrum Generalem pro tempore existentem, aut qui aliàs de Observantia fuerit in eos ullum superioritatis actum quomodocumque exercere queat*, apud Gubean. tom.2. pag.311. Et Jul. Venet. pag.43. Et 17. Sept.1722. ad instantiam Discalceatorum, & Recollectorum Prosper Columna literarum Apostolicarum universalis, & merus Exequtor cum insertione supradictarum Bullar. Urb. dedit Monitorium sua execuutione, & observatione cum inhibitione apud Bullar. dict. Discalceator. tom.3. pag.246.

124. Ex quibus constat quod Discalceati Hispani habent expressiorem, vel saltim æqualiter expressam independentiam à Prælatis Observantium, ac Recollecti Galliæ, concessam à Greg.XIII. confirmatam à Clem.VIII. à Paul.V. ab Urb.VIII. anno 1634. & 1642., de novo executioni demandatam, & à Consilio Regio Catholici Regis Discalceati habent idem privilegium.

 pla-

placetatam. Patet, quia si in Bulla concessa Reformatis Italiæ inquit Greg. *Minister Generalis de Observantia tantum, &c.* Idem dicunt citatæ Bullæ, & Urb.VIII. addit clausulam: *Dumtaxat* 8. Apr. 1642. & 22. Decembris: *Nullus ex Observantibus præter illius Ministrum Generalem*. Quare A. R. P. Gildardo Duflos, Procurator Generalis Fratrum Recollectorum, & Discalceatorum hujus nostræ Familiæ in Sac. Cong. Episc. & Regular. contra Commissarium Generalem alterius Familiæ fatetur num.277. & 280. apud Bullar. Discalc. tom.4. pag.126. ibi: *Quidquid ordinatum est à S. Sede pro Recollectis Galliæ, etiam ordinatum esse pro Reformatis, & Discalceatis*. Et uniformem exceptionem stabilitam esse in omnibus Reformatis, ubique locorum degentibus per universum Orbem. Imò Compilator Bullarii cit. tom.1. in præfatione cum pluribus ex suis inquit: *Solo nomine inter se distingui*.

125. Sed juxta communem intelligentiam, & praxim Religionis, Constitutiones Apostolicæ, concessæ pro Discalceatis, & Reformatis Italiæ, non excludunt Commissarium Generalem Familiæ à gubernio eorum: Ergo quia nomine Generalis, seu Ministri Generalis in dictis Constitutionibus, tam intelligitur Commissarius Generalis Familiæ in ea, quàm Minister Generalis in toto Ordine. Ex quo etiam sequitur, quod cum in Bulla Greg. additur, aut *Commissarii* intelligitur de Delegatis, ut inquit cit. Rod. quæst.10. art.9. Muntalvo Cant. Greg. pag.276. num.4. & in Glossa. tom.2. cap.18. art.5. num.2. ubi ait: *Allatum Statutum Apostolicum Greg.XIII. talem ab initio intelligentiam habuit, ut Discalceati non solùm subderentur Ministro Generali Ordinis, sed etiam cunctis aliis Prælatis Generalibus jurisdictione ordinaria gaudentibus*. Cum enim in præfatis Constitutionibus Apostolicis solùm prohibeatur, quod Discalceati subdantur Delegatis à Generali, nisi assumantur ex ipsis Discalceatis, quod alios Prælatos Generales ordinaria jurisdictione fungentes nulla est prohibitio, quoad subjectionem Discalceatorum, ac proinde viget obligatio ad illis parendum, prout habetur in praxi, & idem dico de Recollectis Galliæ, inquit iste Discalceatus Diffinitor Generalis Glossator Statutor. & Revisor. eorum. Vide ultimum Articulum proœmii, & supra num.116. cum Melphi, & Barbos.

Excluduntur solùm Commissarii Delegati, & Statutum Apost. hanc intelligentiam habuit ab initio juxta Montalv. & Bullam Urbani VIII.

126. Et hanc intelligentiam Greg. expressit Urb. VIII. in sua Constitutione 38. *Sacro Sanctum*, data pro erectione Custodiæ Babariæ in Provinciam, tom.4. Bullarii magni Romani. Ft etiam Custodiæ S. Salvatoris Ungariæ, tom.5. Const.135. etiam: *Sacro-Sanctum*, quas erexit in Provincias ad instar Discalceatorum Hispaniarum cum participatione omnium gratiarum, ibi: *Quod Minister, ac Vicarius, & Commissarius Generales prædicti juxta Bullam hujusmodi electi, non nisi per seipsos, aut Commissarios Ordinis Reformatorum prædictorum visitare, valeant jurisdictione, aut superioritate*.

127. Constat, Discalceatos semper fuisse subjectos Commissario Generali Familiæ ex facto ipsorum Discalceatorum, qui ab obtinendo Vicariatu independente in regimine à Generali Ministro exclusi, (ad quam exclusionem credit Gubern. tom.2. pag.292. num.46. potissimum dedisse fundamentum Reformatorum de Italia, hac in re unanime ferè responsum, dum anno 1600. in Comitiis Generalibus sæpius,

pius, & efficacius interrogati, an eis expediret, Vicarium Generalem in regimine independentem habere? Negativè responderunt) exclusi ergo Discalceati ab hac prætensione, petiierunt Commissarium de suis, à Commissario Generali hujus nostræ Familiæ independentem Gubern. cit. num.46.

128. Et Marquione de Villena, Regio apud Sedem Apostolicam Oratore, efficaciter pro Discalceatis, pro parte Regis Catholici adlaborante, oblinuerunt, & plura alia; tamen ipsi Discalceati experientia edocti eis non convenire, significarunt Regi Catholico, ejusque Consilio Regio, & Summo Pontifici, sibi non expedire, & coram Apostolico Nuntio sese iterum Commissario Generali hujus Familiæ per omnia subjecerunt. Idem, num.56. pag.300. tom.2.; Nunc quæro, si Discalceati virtute Bullæ Greg.XIII. & Clem. VIII. fuissent exempti à Commissario Generali Familiæ, ad quid tot solicitudines ad obtinendum à Summo Pontifice talem exemptionem? Ad quid interponunt tot instantias ex parte Regis Catholici, medio suo Oratore apud S. Sedem, cum à S.Sede jam esset concessa exemptio, & ipse Rex poterat executioni demandare per se? Certe Rex non potuit, quia in Bulla Greg. XIII., nec in aliis Bullis (si excipias Bullam Greg. XV. quam Urb.VIII. reduxit ad terminos juris communis Religionis) talis exemptio continetur.

Aliàs ad quid tot solicitationes Romæ.



ARTICULUS IV.

In quo declaratur, Bullam Gregorianam non corrigere Jura antiqua, data per Bullam Unionis Commissario Generali Familiæ.

129. IN Restricto num.2. & in Summario num.1. & 3. additur: Greg. XIII. in sua Bulla: *Cum illius vicem* revocasse favore Reformatorum Bullam Leonis X. *Unionis* nuncupatam per subsequentia verba: *Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim fæl. rec. Leon.X. Prædecessoris nostri super unione omnium Fratrum Minorum de Observantia*. Bene quidem, sed quamvis hæc circunstantia repetatur in Restricto, & in Summario, impertinenter adducitur ad intentum: Cum constet, & amplius ex dicendis, Bullam Gregori *XIII.*: *Cum illius vicem*, non continere indepenstentiam Reformatorum à Commissario Generali Familiæ.

Impertinenter adducitur revocatio Leon.X.

130. Advertendum est, inquit Rod. tom.1. qq. Reg. q.9. art.7. an Bullæ concedentes privilegia derogent in partem, vel in totum prioribus privilegiis in aliis Bullis concessis: Nam licèt secundæ Bullæ habeant amplas non obstantias, non derogant nisi illis, contra quæ sunt: v. g: Ego habeo privilegium proficiscendi in partes Hierosolymitanas, & ad Compostellam: Postea prohibetur, quod in Hierusalem ullus transeat, & revocatur erpresse meum privilegium, in quo mihi concedebatur facultas transeundi in Hierusalem. Certe non revocatur meum privilegium proficiscendi ad Compostellam.

131. Revocatio ergo explicanda est juxta terminos secundæ Bullæ, & cum in secunda Bulla solùm prohibeatur facultas transeundi Hierusalem, derogatio non extenditur ultra: Cum ergo Bulla Greg. non exprimat independentiam à Commissario Familiæ, neque eum no-

Revocatio explicanda est juxta terminos secundæBullæ, & juxta ibi expressa.

nominet, derogatio ibi posita, impertinenter adducitur ad intentum.

132. Non obstantia Generalis intelligi, & limitari debet per expressa in secundo privilegio: Ponitur enim ad bonam executionem secundi privilegii, ut communiter tenent DD. apud Rod. cit., & Reiffenst. lib.1. Decret. tit.2. de Constit. §.17. de Reg. in legum interpraetatione observandis Reg.11. num.419. ibi: *Non censetur plus de priori lege mutatum, quam est expressum in posteriori*. Desumitur hoc ex l. Praecipimus C. de Appel. ibi: *Quidquid autem hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum, Constitutionumque regulis, omnes relictum intelligant*. Ad idem facit text. l. Si vero, §. De viro, ff. de solut. Matrim. ubi Summarium ex Bartulo sic habet: *Provisio legis contra jus commune non extenditur ultra illud, quod lex exprimit, licet eadem sit ratio*. Idem confirmatur ex eo quod correctio legum non est facile praesumenda, simulque expediat concordare Jura juribus, & eorum correctio si substineri valeat evitari.

Correctio legum fugienda.

133. Et cit. Reiffenst. num.420. inquit cum Bart. Jason., Vusch. Barb. & aliis *Notandum, & observandum in Statutis, & Reformationibus noviter factis, quod semper eorum interpretatio, ita habeat fieri, ne sequentia corrigant praecedentia, si iis expresse non contradicant.* Et §. 19. num.492. ibi: *Etiam si lex posterior contraria habeat clausulam derogatoriam, non obstante*: Cum Cardin. Vusch. & Barb. axiom. 60. num.5. qui plures citat. Et num.494. addit: *Hoc ita intelligendum in dubio, quamvis verba essent impròprianda, cum juribus ab ipso citatis*.

Non obstantia Leon.X. etiam affertur à Clem.VII. & Greg. XIII. in erectione Prov. Tarrac.

134. Sic Clem. *VII.* per Bullam: *In Suprema Militantis Ecclesiae*, 16. Kalendas Decemb. 1532. non exemit Reformatos à jurisdictione Ministrorum Provincialium, ut patet ex §. 7. Bullae dicentis: *Nec propter hoc impediatur Minister Provincialis, quin visitare, possit eos, ac corrigere delinquentes*. Et minus exemit à jurisdictione Commissarii Generalis Familiae, & tamen ponit eamdem non obstantiam Leonis X., sicut etiam Gregorius *XIII.* in Bulla: *Ex quo Nos*: (de qua statim) Et hoc non obstante, expresse subjicit Recollectos novae Provinciae Tarraconensis Commissario Generali Familia: Ego impertinenter ad intentum notatur totiès non obstantia Leone X.

135. Ad quid ergo in Bulla Clem. *VII.* & Greg. *XIII. Ex quo Nos*, & ejusdem: *Cum illius vicem* ponitur non obstantia Leonis X.? Leo X. in Bulla Unionis prohibuit novas Reformationes sine Provincialium assensu, & posuit eas subjectas etiam Ministris Provincialibus per haec verba: *Ne ex novarum Sectarum in dicto Ordine introductione fienda, Ordinem iterum in rixas devenire, oporteat, volumus, & in virtute S. Obedientiae fieri, praecipimus, & mandamus, quod de caetero nullae novae Sectae, vel Reformationes in dicto Ordine introducantur, aut fiant absque Ministri Generalis, aut Provincialium... assensu; ita tamen, quod dictae Reformationes ipsi Ministro Generali, & Provincialibus... per omnia juxta Regulam subjiciatur*.

Ponitur revocatio Leon. X. pro nova Reforma inducenda cum independentia à Provincialibus.

136. Et cum in Bulla Clem. *VII.* contineatur expresse erectio novae Reformationis cum aliquali independentia à Provincialibus, & in utraque Gregoriana cum omnimoda, indendentia à Ministris Provincialibus Observantiae, ad firmandam executionem harum Bullarum erat necessaria non obstantia Leonis X., non omnium quae continentur

nentur ie Bulla Leonis X. alias etiam revocatio caderet in obedientiam, ad Ministrum Generalem: sed solùm eorum, quæ opponuntur in Bulla Leonis ad expressa in citatis Bullis Clementi *VII* & Grevorii *XIII.*

237. Ex quo patet, sine fundamento affirmari, per Bullam Gregorii *XIII.*: *Cum illius vicem*, extensam à Clem. *VIII.* ad Recollectos Galliæ, antiqua Jura data per Bullam Unionis Commissario Generali Familiæ, esse correcta, cum in Bulla Greg. nihil sit expressum de juribus Commissarii Generalis Familiæ, & non censeatur plus de priori Lege Leonina mutatum, quam est expressum in posteriori Gregoriana, etiam si hæc habeat clausulam derogatoriam non obstante Leone X.: Cum utraque lex concordari possit, & hoc quin verba improprientur: Ideo inquit Melphi in Statuta, pag. 473. in fine: *Ubi Constitutio non nominat Commissarium Generalem Famlliæ relinquit in sua vi suam authoritatem.*

ARTICULUS V.

In quo intelligentia Bullæ Greg. XIII.: Cum illius vicem, *evidentius declaratur ab ipso in Bulla erectionis Provinciæ Tarraconensis Recollectorum.*

138. GReg. XIII. in Bulla, quæ incipit: *Ex quo Nos*, 18. Februarii 1581. erexit Domos Recollectas Valentiæ, Aragoniæ, & Cathalaoniæ in Provinciam Recollectam Tarraconensem ad instar Fratrum Discalceatorum, ut dicitur in Compendio Bullæ in novo Bullario Discalceatorum tom. 1. pag. 264. & 273. & Gubern. tom. 2. pag. 464. num. 33. ex Archivio Matritensi, ibi: *Quæ Provinciæ privilegiis Italicæ Reformationis per omnia frueretur*. Et in ipsa Bulla Pontifex se refert ad suas literas datas in forma Brevis, die 3. Junii 1579., & est Bulla data pro Reformatis Italiæ: *Cum illius vicem*, nec eam revocat in aliquo, licèt revocet Leon. X. super unione Fratrum Minorum de Observantia.

139. Ibi: *Ad nos recursum habuerunt, ac conquesti sunt, adhuc impedimenta quædam, ac molestias sibi aliquas per Fratres Minores de Observantia ejusdem Provinciæ inferri, etiam contra dictarum literarum seriem. Nos Fratres Reformatos earundem trium Provinciarum ab omni jurisdictione, visitatione, correctione, & superioritate Ministrorum Provincialium, & aliorum Prælatorum, & Superiorum Fratrum dictarum Provinciarum, non Reformatorum, seu non Recollectorum perpetuo eximimus, & liberamus, ita ut Provincia Fratrum Reformatorum hujusmodi sic erecta, & instituta, sub obedientia, & superioritate Ministri Generalis totius Ordinis præfati, & illius Commissarii Generalis in partibus Ultramontanis existentis, sicut aliæ Provinciæ ejusdem Ordinis ei subsunt, perpetuò subsit, atque subjecta remaneat. Ipseque Minister, vel Commissarius Generalis per seipsum, vel alium virum idoneum. Provinciæ, vel Custodiæ Recollectorum, vel Discalceatorum visitare, corrigere, reformare, ac etiam punire possit.*

Erigitur Prov. Tarrac. sub Commiss. Familiæ, sicut aliæ Provinciæ ejusdem Ordinis.

140. In prooemio hujus Bullæ continetur causa, & finis hujus erectionis,

ctionis, scilicet, ea quæ par est charitate, & mansuetudine, illa Familia Recollecta non tractaretur à Superioribus illius Provinciæ, quod satis habemus explicatum in Tolosanis comitiis anni 1532., ubi inter alia Patrum Decreta sic legimus: *Hortatur universum Capitulum Ven. Patrem Custodem Cathaloniæ, ut Patres, & Fratres strictioris vitæ paternaliter, & charitativè tractet.* Quia ergo eorum quieti non fuit plene provisum ad Greg.XIII. recursum habuerunt, ac questi sunt, non de Prælatis Generalibus, sed de Ministris Provincialibus, & aliis Fratribus ejusdem Provinciæ, à quibus exemptionem obtinuerunt cum expressa subjectione ad Ministrum, & Commissarium Generales.

Bulla istius erectionis refertur ad Bullam: *Cum illius vicem*. Et sunt ejusdem conditionis.

141. Et cum hæc concessio facta fuerit à Greg.XIII. ad instar Fratrum Discalceatorum cum omnibus privilegiis Italicæ Reformationis, ut dictum est, & ipsa Constitutio referatur ad illam: *Cum illius vicem*, ejusdem Pontificis, & referens, & relatum ejusdem sint conditionis, & non sit novum, ut priores leges ad posteriores trahantur l.26. ff. de leg., Constitutiones concessæ Discalceatis, & Reformatis, extensæ ad Recollectos Galliæ, intelliguntur ad tenorem Constitutionis datæ pro Recollectis Provinciæ Tarraconensis. Vide n.194. & seq.

ARTICULUS VI.

In quo ex procemio supradictarum Bullarum colligitur, ipsas tantum continere independentiam à Ministris Provincialibus Observantiæ.

Ex procemio intentio ostenditur.

142. CErtum est apud DD. quod procemium Bullæ mentem, Pontificis intentionem, & animum ejus, decissionemque declarat, & ostendit Barbos. cum pluribus ab ipso citatis axiomate 192., & D. Thom.1. 2. q.96. art.6. ait: *Magis est attendendum ad causam, quæ movit Legislatorem, quam ad ipsa verba legis*, & adducit S. Hilarium 4. de Trinitat. dicentem: *Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei debet esse sermo subjectus.* Procemium autem antedictæ Bullæ erectionis Provinciæ Tarraconensis, & etiam: *Cum illius vicem*, ipsius Greg.*XIII.*, & Clem.*VIII.* *Pro injuncti Nobis* exprimit, ut Reformati, liberi à molestiis expositis, in sua arctiori Observantia fructus uberes Religioni, & toti universali Ecclesiæ afferant, quod exhibuit motivum Pontifici, ad illas Bullas expediendas, querimoniæ autem erant contra Superiores Provinciæ Cathaloniæ in Bulla erectionis, & similiter in Bulla Greg.: *Cum illius vicem* dicitur in procemio: *Nobis detulerunt, quod ipsis Reformatis quamplures perturbationes inferebantur.* A quibus?

Recurrunt propter molestias illatas à Provincialibus.

143. Respondet Gubern. tom.2. pag.350. num.127. per hæc verba: *Illud equidem apud omnes est in Confesso, quod circa annum Domini* 1578. *cum variis in provinciis strictioris Observantiæ professores paulo magis excrescere, cæpissent, & à Provinciarum Rectoribus, non rectis fortè oculis aspicerentur, nisi & inquietarentur, aliqui eorum pro suo quietis remedio opportuno* ad Greg.*XIII.* *recurrentes efficacissimum Diploma impetrarunt: Cum illius vicem.*

144. Et nonnulli ex Reformatione Mediolanensi iterum recurrentes

tes

tes ad Clem.*VIII.* de novo confirmari obtinuerunt per Bullam : *Pro injuncti Nobis* 12. Oct. 1596., *quæ horum* (Reformatorum) *à Provincialibus omnimodam exemptionem importabant* , inquit Gubern. tom.2. pag.361. n.156. ex Archiv. Aracœl. Cur illius Familiæ Reg.2., & ex Chronol. m. S. Mediolanensi . Loquendo de decretis in favorem Reform. concessis .

145. „ Et tom.2. pag.269. num.3. *Verumtamen* ait , hoc discriminis Hispanos inter , & Italos intercessisse , non dubitatur , quod illi à prima sui origine omnimodum à Provinciis Observantiæ recessum intenderint ; hi vero non separationem in rigore , sed solas Recollectionis Domos ad instar Recollectionis Hispaniæ appetivisse , comprobatur ; licet postmodum in ipso Recollectionis modo impediti potius , quam protecti per Clem.*VII.* & *VIII.* & Greg.*XIII.* & *XV.* necnon per Urb.*VIII.* Constitutiones Apostolicas in propriis primo Custodis , demum in Provinciis ad instar Discalceatorum Hispaniæ fuerint ab Observantium Provincialibus separati .

Et fuerunt a Provincialibus Observantium separati .

146. Et Fr. Rodericus de Portillo , Procurator Generalis in Curia Romana in lite , in qua obtinuit victoriam apud Gubern. tom.1. pag.414. supponit , quod , ut Provinciales Ministri Reformam non impedirent , authoritas , & jurisdictio supra Reformatos ab eis fuit ablata , & Custodibus Reformatis concessa , quam de jure communi antiquo Religionis minimè habebant , sed tantum Ministris Provincialibus subordinatam . Et loquendo de Recollectione Gallicana tom.2. pag.269. num.4. ait Gubern.: *In suis etiam progressibus perturbati , per Clem.VIII. ab Observantium Provincialibus independentes impetrarunt separari* : Et in eodem tom. pag.400. num.148. ibi : *Aquitani omnium primi postquam diuturnas à Provincialibus Ministris , gravesque inquietudines in pace tolerassent , remedium tamen aliter desperantes impetrarunt ut Greg. Constitutione : Cum illius vicem , & Clem. ipsis frui per omnia liceret : Et aliæ Reformationes Galliæ , quæ sub Ministrorum potestate à continua fluctuatione liberari non poterant , idem obtinuerunt .*

Idem Aquitani , & postea alii Recollecti .

147. Idem Gubern. eodem tomo secundo pag.445. sub titulo Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ vita in principio , & status præsens , loquendo de Discalceatis Hispaniæ , Reformatis Italiæ , & Recollectis Galliæ num.344. inquit : *Unitatem tamen Ordinis sub uno cum Observantibus Capite conservant inviolatam , sub Generali videlicet totius Ordinis Ministro , vel Vicario , atque sub Commissario Generali in alterutra respective Familia .*

Sub Commissario Generali in alterutra respective Familia , juxta praxim inconcusam .

148. Ex quibus constat , quod Greg.*XIII.* nec Discalceatos , nec Reformatos , nec Recollectos , per communicationem à Clem.*VIII.* ad ipsos factam exemisse à jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ , & Superiorum Generalium , & confirmat praxis inconcusa ipsorum Recollectorum , qui ab initio habuerunt Agentem cum suis Forensibus Romæ subjectum , non solum Commissario Generali illius Familiæ , sed etiam Procuratori , vel Commissario Curiæ , & nunc etiam habent Procuratorem Generalem subjectum Commissario Generali illius Familiæ , ut dictum est in prooemio Artic. ult.

ARTICULUS VII.

In quo declaratur, placetationes supradictarum Bullarum factas à Rege Christianissimo, non esse ad intentum.

Placetaciones Regiæ.

149. REv. A. P. Gravois num.2. Restricti inquit: *Constat denique præfatas Constitutiones Ap. Gregorii XIII., Clementis VIII., Pauli V., & Urbani VIII. in Consiliis Regiis, & in Galliarum Parlamentis acceptatas fuisse, earumque omnimodam executionem, etiam istante universo Regni Clero, à Regibus nostris demandatam, ex Summario num.1. & 4. ubi ex Gubern. tom.2. pag.401. n.254. affert: Accessit tandem Regum, & Poputorum applausus ad hujusce Recollectionis ampliationem unanimi voto concurrentium. Henricus IV. Galliarum Rex, ingenii omnium capacissimi, de Recollectorum statu, sincera conversatione, vita exemplari, atque de singularissimo suorum ab ipsis profectu, jam in seipso planè securus, eorum non Protectorem, sed amantissimum Patrem, tùm privatim, tùm publicè agere voluit: Structisque plurimis ad eorum extensionem cœnobiis, datis etiam Regiis literis authenticè expeditis, summa efficacia, & affectu plenis, sub die 18. Julii 1601. sub 26. Oct. 1602. sub 28. Januarii 1603., atque sub 27. Junii 1606, omnibus suis subditis altè declaravit, sese literas Ap. ad Recollectorum favorem recepisse, vidisse, & acceptasse, proinde integram, plenamque illarum executionem, sub gravissimis pœnis indicens, molestiam cujusvis generis à quocumque eis inferri sub indignationis suæ interminatione prohibuit; quin & illorum protectionem etiam armata manu contra adversarios quoscumque, sivè Sæculares, sivè Regulares, omnibus, vel Supremis, vel subalternis, vel infimis in toto suo Regno officialibus altè commendavit. His etiam non contentus, ne ex privato loqui videretur affectu, Gallici Cleri universalem consessum voluit Parisiis congregatum, ut de Recollectorum stabili admissione, atque ampliatione, necnon de Conventibus per Observantes eisdem assignandis, majori auctoritate tractaretur; cujus congressus unanimi consensu ad Recollectotum favorem conclamante, datis Rex gravissimis literis ad Burdegalense, ad Tolosanum, & ad reliqua Galliarum Parlamenta graviter indixit, ut piissimum opus ab universis suis officialibus plena sinceritate protegeretur, & vivido conatu promoveretur.*

Ordinationes quæ ad regimen externum pertinent, debent placetari.

150. Et n.3. Restricti subdit: *Est autem inconcussum, & ab omnibus usuum Gallicorum tantisper gnaris notissimum, omnes ordinationes, omnia decreta pro negotiis Ecclesiasticis deforis advenientia, etiam Constitutiones Ap., quæ ad disciplinam, & regimen externum pertinent, debere diplomate Regio communiri, & Supremi Senatus tabulis priùs inscribi, quam vim aliquam, aut executionem in Regno consequantur. Hæ verò Constitutiones, quæ sub hac forma receptæ sunt, induunt rationem legis, & quodammodo juris publici, cui per subsequentes derogari, non potest, nisi cum eisdem solemnitatibus admittantur. Quod vix, aut numquam permittitur, ne usuum veterum, quibus Regni jurisprudentia nititur, immutandorum ansa præbeatur. Quæ notanda hìc fuerunt, ut ab ipso limine videat P. V. Rma* (loquitur cum Ministro Generali) *quanti sint ponderis in Francia præallatæ Constitutiones: Quam stabilis sub earum fulcimento Recollector. status: Quam* de-

denique periculosum aliquam in eorum regimine novitatem, aut inducere, aut tolerare.

151. Hæc ad longum transcripsi, quia author Rescripti gravibus, & crepantibus verbis has placetationes regias proponit, reponit, & reproponit volens jura Regis Christianissimi in suis prætensionibus injustis, pluriès in judicio spretis, involvere; sed non faciunt ad ejus intentum: Quia neutiquam habuit litem Religio Seraphica, & Rmus Torre neque per imaginationem bellum indixit de sua Regalia Regi Christianissimo. Et concedo Rescripta deforis advenientia etiam Pontificia, pro Ecclesiasticis causis Gallicis indulta, quæ facili obreptione, vel subreptione impetrantur, seù importunis precibus Agentium extorquentur, non aliter admittere in suis Regnis, quam prævia recensione Senatus licentientur. Ideò:

Non negatur hoc quod non est ad rem.

152. Concedo animo libenti, Constitutiones Ap. à R. A. P. Gravois recensitas in Consiliis Regiis, & in Galliarum Parlamentis acceptatas fuisse earumque omnimodam executionem à Regibus Christianissimis demandatam; at nihil in eis legitur, quod authoritati Commissarii Generalis adversetur, vel detrahat; imò includitur ejus authoritas dùm exprimitur authoritas Generalis Ministri in Recollectos Galliæ, ut dictum est Cap.1. Artic.1. & seqq.

153. Placetationes ergo laxis fibris prædicamus; sed quid hæc omnia commune habent cum subjectione? Literæ enim expeditæ 18. Julii 1601. solùm hoc præcipiunt: *Visa SS. D. N. Papæ Bulla, mandamus Religiosos Recollectos per modum provisionis, donec à Nobis aliter fuerit ordinatum, faciatis permanere in locis, in quibus nunc morantur*. Et per literas datas 26. Oct. 1602. præcipit Rex: *Ut unus, vel duo Couventus secundùm necessitatem in quibuslibet D,œcesibus assignentur Recollectis*. Et instante universo Clero 27. Junii 1606. *Mandavit suo Cursori, ut significaret Provincialibus Observantiæ ...... Assignent Religiosis Recollectis tot Conventus, quot indigebant secundùm tenorem Bullarum*. Et 28. Januarii 1603. præcepit: *Ut in singulis sui Regni Diœcesibus Cœnobia Recollectis assignarentur de facto*, ut affert Gubern. t.2. pag.409. & seqq.

Placetationes Provisionales sunt, ut Provinciales Observantiæ assignet Recollectis tot Cõventus, quot indigebant.

154. Ex quo constat, quod literæ demandatæ à Rege Christianissimo, & Clero Gallicano, ut observentur, non sunt ad rem, cum reducantur ad hoc, ut Provinciales Observantiæ assignarent Recollectis tot Conventus, quot indigebant, & ad hoc forte erat necessaria protectio Regia, etiam armata manu. Vide infra à num.251.

155. Et notandum, hæc decreta fuisse provisionalia, ut exprimitur in literis Regiis 17. Julii 1601., & habuerunt suum effectum ante annum 1612., ut magna Provincia Franciæ pro se, & nomine aliarum exposuit ad S. Congreg. & obtinuit Decretum favorabile ab Em. Protectore Francisco Barberino 25. Sept. 1674. juxta concordatum initum cum Em. Curdin. Aragonio, Ordinis Protectore, & Commissario Ap. 12. Junii anni 1612. à Paulo V. confirmatum, ibi: *Nullum Conventum ultra exposcerent, nec acciperent Reformati, seù Recollecti à non Reformatis; nisi ordine Pontificis, Protectoris, vel Generalis*, apud Gubern. tom.2. pag.412. num.270. Non ergo Bulla Clem. VIII. & aliæ citatæ in Restricto ita inviolabiliter observantur, ut inquit R. A. P. Gravois, nec intelliguntur uti vult ipse.

ARTICULUS VIII.

In quo secundo solvitur principale argumentum.

156. RESpondeo secundo: Quod dato, & non concesso, quod privilegium pro Reformatis Italiæ à Gregor. XIII. concessum, exemptionem à Commissario Generali Familiæ contineret; quando extensio fuit facta ad Recollectos Galliæ anno 1601., jam prædictum privilegium erat limitatum ab ipso Clem. VIII. 2. Oct. 1600. & declarata jurisdictio Commissarii Generalis Familiæ super Reformatos per Bullam: *Cupientes*. Et Clem. *VIII.* concedens secundum privilegium Recollectis Galliæ ad instar, concessit juxta statum, quem privilegium exemplar Italis concessum habebat. Et sic privilegium concessum, vel extensum Gallis 1601. fuit placetatum à Rege Christianissimo, & in Parlamentis executione demandatum cum limilatione facta per Bullam: *Cupientes*: Et eo modo quo concessum, vel extensum fuit Gallis: ac per consequens Recollecti Galliæ numquam habuerunt privilegium exemptionis à jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ.

Bulla Gregor. XIII. jam erat limitata per Bullam: *Cupientes*, anno 1600.

157. Num. 5. Restricti ejus Author quasi impugnando hanc solidissimam responsionem Reverendissimi Torre, datam in sua Epistola cit. num. 2. Summarii, inquit: *At miror hominem ad Provincialatum, & Commissariatum in Curia Romana olim assumptum, nunc verò Generalem Familiæ Commissarium, dictum Breve*, Cupientes, *vel non vidisse, vel visum non intellexisse*. Reverendissimus Torre sciens, ut scribit Carpl. Scriban. lib. 2. cap. 7. privatas injurias contemnere Magni Principis esse, semper sprevit dicteria.

Dicteria.

158. Sed non possum non animadvertere primò, quod A. R. P. Gravois omittit gradus Reverendissimi Torre magis ad intentum conducentes: Siquidem non solùm omittit, quod fuerit à Confessionibus Serenisf. Viduæ Hispaniæ Marianæ Neoburg., sed etiam quod sit Lector Jubilatus, & Theologus Catholicæ Majestatis in suo Regali Congressu pro Immaculata Conceptione, non ex officio, sed ex præsentatione Theologorum ipsius Congressus, & dispositione Regis Catholici, sicut cæteri ejusdem Congressus: Et isti ultimi gradus supponunt plusquam sufficientiam ad intelligendam Bullam: *Cupientes*, quamvis non ita gradus Provincialatus, & Commissariatus Curiæ, vel Familiæ: siquidem isti gràdus non sunt scientia, sicut nec gradus Diffinitoratus Generalis.

Omittit gradus literarios Reverendissimi Torre.

159. Secundo, censuram datam eodem modo inurere R. A. P. Montalvo, Lectorem Theologiæ, Provinciar. S. Josephi, ac Sancti Joann. Bauptistæ Visitatoorem, & suæ Provinciæ S. Petri de Alcantara Gratanensis iteratò Ministrum Provincialem, Ordinis Diffinitorum Generalem, & Revisorem Statutor. Generalium nostræ Familiæ in Capitulo Generali 1729. deputatum, qui tom. 2. in Statuta cap. 21. num. 10. art. 1. inquit: In Bulla: *Cupientes, declaratur jurisdictio Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ supra Reformatos*.

Censura est contra Montalv.

160. Et etiam P. Dominic. de Guuern. à Sospitello totius Ordinis Chronologorum, qui tom. 2. pag. 370. num. 180. inquit: *Celebratis anno 1600. Comitiis, ut Strictioris Observantiæ professores Mi-*

Et contra Gubern.

Ministro Generali Ultramontes contendente in unitate Ordinis fortius perseverarent, *ipsos voluit Papa Commissario Generali Cismontano* (Italico) *eodem modo remanere subjectos*, *quo à Ministro Generali dependebant dato sequenti diplomate* : *Cupientes*. Et idèm Gubern. tom.1. pag.278. affert. aliam Bullam Pauli V. etiam : *Cupientes*, datam 8. Julii 1715. & num.9. inquit : *Prout ex statim apponendo Pauli V. Brevi Ap. constat*, *eamdem habet potestatis plenitudinem Commissarius super omnes*, *& singulos suæ Familiæ Religiosos*, *sivè de Regulari*, *sivè de strictiori Observantia censeantur*. Et ego certè miror de admiratione R. A. P. Gravois, verius dicam de præsumptione, quod cum Rm̃o Torre, Breve *Cupientes* non viderint, vel non intellexerint nostri Chronologi Generales ; sed solus ipse viderit, intellexeritque.

161. Dicto num.5. prosequitur Author Restricti dicens : *Observet Rm̃us Torre illa cubitalia verba* : *Durante oficio tuo* : *Durante absentia Ministri Generalis*, *vice*, *ac loco ipsius*, *& videat*, *utrum indicent Reformatos in futurum subjicii debere Commissariis Generalibus Familiæ*. Respondeo, quod etiam in Bulla Unionis, loquendo de institutione Commissarii Generalis Familiæ inquit Leo : *Minister Generalis instituat unum Generalem Commissarium*, *cui vices suas committat* : *Per triennium solum Generalis commissionis fungetur officio* ; & hoc non obstante, nullus hucusque dixit, facultatem Commissarii Generalis Familiæ, non transire ad successores.

Bulla Unionis ponit verbum : Committat : Per triennium fungetur officio.

162. Et dato, & non concesso, facultatem concessam à Clemente *VIII.* Commissario Generali Familiæ Maculino, non transiisse ad successores ; tamen verum est, nec negatur ab Allegante, privilegium exemplar, concessum Reformatis, fuisse limitatum à Clemente *VIII.*, quando idem Clem. concessit privilegium ad instar Recollectis Galliæ : Et Clem. concedens secundum privilegium, seu ad instar Recollectis, solum respicit ad statum, quem tunc habebat privilegium exemplar, concessum Reformatis Italiæ : Et licet privilegium ad instar in conservari quoad extensionem, vel limitationem non pendeat à privilegio exemplari : Jam enim est distinctum, & factum proprium Recollectis, tamen fit proprium Recollectorum secundùm statum privilegii exemplaris : Et ideò quod postea facultas concessa Maculino transierit, vel non ad Successores non est ad rem juxta tradita à Portel in dub. reg. verb. Priv. forma num.16. & verb. Communic. privil. n.22. cum Suarez. de leg. lib.8. c.16. num.27. Mandof. tract. de privileg. ad instar quæst.6. & 9. Em. Rod. tom.1. qq. reg. quæst.9. art.9. Castropal. num.4, Salm. num.39. Lez. tom.2. eodem verbo num.24. Ant. Cajet. cit. §.1. num.33., & alii communiter.

Quod facultas concessa Maculino transierit, vel non ad Successores, non est ad rem.

163. Et noster Anacletus lib.5. Decretal. tit.33. §.3. num.69. & cum eo novissime Ant. Caj. cit. in Exam. Reg. part. 2. cap. 3. §. 1. num.538. cum aliis inquit : *Privilegium ad instar quamvis non dependeat ab exemplari in conservari*, *pendet in productione*, *quod intelligit Anacletus ita*, *ut ante communicationem privilegii alteri factam*, *privilegium penes primum ne dum cessaverit* : *Siquidem in communicatione privilegiorum semper intelligitur*, *licet non exprimatur*, *clausula illa* : *Dummodo privilegia adhuc sint in usu*, *nam alioquin quod non amplius esset*, *nec communicari posset*. Et cum Reformati Italiæ anno 1601. non haberent usum privilegii quoad independentiam à Com-

missario Generali Familiæ, siquidem ab anno 1600. subjiciebantur Commissario Generali Maculino, per extensionem privilegii, factam Recollectis Galliæ anno 1601. non potuit eis communicari independentia, quæ non erat in usu apud Reformatos.

Fuit privilegium reale.

164. Præter quam verba prædictæ Bullæ: *Cupientes* clare exprimunt, facultatem, datam Maculino transiisse in successores: Privilegium enim reale cum hæreat rei, ad quoscumque successores transit, ad distinctionem privilegii personalis, quæ personam sequitur, & extinguitur cum illa, ut loquitur Regula 7. juris in 6. concordat leg. priv.leg. de Reg. juris ibi: *Privilegia quædam causæ sunt, quædam personæ: Et ideo quædam ad hæredes transmittuntur, quæ causæ sunt; quæ personæ sunt ad heredes non transeunt*.

Non expresso nomine personæ, sed dignitatis.

165. Ut inquit Reiffenst. lib. 1. Decret. tit. 29. §. 2. num. 39. facultas est personalis, quando exprimitur solum nomen personæ; realis vero, si solum nomen dignitatis, ut si fiat Delegatio Episcopo Frisingensi, vel Abbati cujusdam Monasterii, personalis verò, si expresso nomine proprio, fiat delegatio Petro, vel Paulo, & eamdem doctrinam repetit num. 126., 127., & 128. Mathedci, offic. Cur. Eccles. cap. 31. num. 20. P. Navoa Exam. 4. cap. 2. num. 113. Lezan. tom. 2. verb. Commissio num. 4.

166. Videat ergo, intelligàt, & observet R. A. P. Gravois, quod in toto contextu Bullæ: *Cupientes* non invenitur nomen proprium illius Commissarii Familiæ, qui vocabatur Joannes Franciscus, imò nec invenitur nomen appellativum Maculino; sed dignitatis ejus in sequentibus verbis: *Tibi durante Officio tno Commissarii Generalis ejusdem Ordinis ... prædictum Ordinem universum Reformatorum ... regendi, & gùbernandi plenam, & liberam authorltatem tribuimus, & impartimur*. Si in dicta Bulla diceretur: Tibi Joanni Francisco, Commissario Generali, esset dubium, an delegatio esset realis, vel personalis inquit Reiffenst. cit. num. 128. & 129.: Cum ergo in dicta Bulla non apponatur nomen Joannis Francisci, sed dignitatis, nec dubium esse potest in casu.

Si esset dubium, dicendum, esse reale, quia purum beneficium.

167. Et si adesset circa intentum dubitatio, dicendum esset, quod delegatio esset realis, & non personalis. Quia in dubio videre, oportet, an illa commissio sit merum beneficium, & gratia, & tunc præsumitur reàlis, utpote quod tanquam beneficium Principis permanere, oportet, ut affert Reiffenst. lib. 5. tit. 34. §. 1. num. 16. cum legibus ab ipso cit.; constat autem ex Bulla Unionis, quod facultas Commissarii Generalis Familiæ est purum beneficium, cum sit ne Familia debito Pastoralis regiminis careat beneficio. Et etiam ex hac ipsa Bullla: *Cupientes*, ubi dicitur: *Cupientes regimini, & gubernio Fratrum Reformatorum de Observantia opportune prospicere*.

Non est jugum, sed beneficium., quod per comprehensionem extenditur.

168. Privitegium autem favorabile, ac merum beneficium Principis est latæ interpretationis, quantum patitur verborum proprietas, ita ut habeat locum in omnibus, qui ampliori verborum significatione continentur, & in quibus eadem ratio concurrit, ut inquit cit. Reiffenst. §. 5. num. 102., non per extensionem, sed per comprehensionem, & declarationem. Ex quo sequitur, quam immerito Author Restricti num. 9. vocat *jugum*, subjectionem ad Commissarium Generalem Familiæ.

169. In

169. In eodem num.5. Restricti ejus Auctor inquirit: *Si ita fuisset, cur anno 1615. Paul.V. aliud simile Breve favore Rmi P. Evangelistæ de Gaviano Familiæ Commissarii iterum dedit?* Respondeo, ut in simili respondet Matheuci cit. num.21. ibi: *Quandocumque Episcopo tribuitur jurisdictio in illis, ad quæ, etiam præcisa delegatione jure ordinario, seu ex suo ordinario officio jurisdictionem habet, & tunc videtur jurisdictio ordinaria excitata potius, quam nova concessa* juxta cap. Licet in corrigendis offic. Ord.

Jurisdictio ordinaria excitatur quandoque.

170. Et num.28. inquit cit. Matheuci ad tenorem literarum debent Generales, & Provinciales instrui circa hoc. Et sic debet intelligi Breve Pauli V. *Postulat*, & concordatum anni 1625. in quibus omnes Reformati subjiciuntur Generali Ministro cui jure ordinario semper fuerunt subjecti. Paul. ergo V. per Bullam: *Cupientes*, expeditam anno 1615. excitavit ordinariam jurisdictionem Commissarii Familiæ, sibi competentem per Bullam etiam: *Cupientes*, datam anno 1600., præterquam, & hæc prima Bulla: *Cupientes* fuit solùm excitativa facultatis Commissarii Familiæ, datæ per Bullam Unionis. Vide infra num.170. in fine.

ARTICULUS IX.

In quo per Bullam Cupientes *evidentius probatur, Reformatos non fuisse exemptos à jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ per Greg. XIII., nec per Clem. VIII.*

171. Clem. in sua Bulla: *Cupientes* 2. Oct. 1600., in qua subjecit Reformatos Commissario Generali Maculino inquit: *Cæterum volumus, ut quæ Nos per nostras sub plumbo in favorem eorumdem Reformatorum, seu alias expeditas literas dispositiva fuerunt immutare, aut aliquo modo alterare non possis; sed illa observare, facere, tenearis*. Et Paul.V. idem habet ad literam in sua Bulla: *Cupientes*. Constat ergo, quod Clem.*VIII.* per Bullam: *Cupientes* in nihilo immutavit, vel alteravit Bullam suam: *Pro injuncti Nobis*, in qua, & includitur Bulla Greg.*XIII.*: *Cum illius vicem*, data in favorem Reformatorum: Patet ex Bulla ipsa: *Cupientes*.

Bulla: *Cupientes* in nihilo immutat Bullam plūmbatam: Pro injuncti Nobis.

172. Ergo Bulla Clem.: *Pro injuncti Nobis*, & Greg. *Cum illius vicem*, non continent independentiam Fratrum Reformatorum à Commissario Generali Familiæ: Cum Bulla: *Cupientes*, quæ subjicit Reformatos ad Commissarium Familiæ, in nihilo immutaverit, vel aliquomodo alteraverit dispositionem Bullæ: *Pro injuncti nobis*: patet, quia reservatio facta in Bulla: *Cupientes* circa dispositionem Bullæ: *Pro injuncti nobis*, est omninò absoluta: Tum etiam, quia Bulla, *Cupientes* non revocat, sed in omnibus reservat Bullam plumbatam. Ex quo etiam sequitur, quod facultas, data Maculino supra Reformatos, non erat contra Bullam Clem.*VIII.*: *Pro injunctis nobis*; sed excitativa jurisdictionis suæ ordinariæ; quam Commissarius Generalis habebat ex primæva institutione. Vide supra n.167. & 168.

ARTICULUS X.

In quo declaratur, jurisdictionem Commissarii Generalis alterius Familiæ in Reformatos, ortum non habuisse à concordato ab eis facto anno 1625.

173. Author Restricti num.5. inquit: *Constat igitur apud omnes leges Ordinis non ignorantes, jurisdictionem Commissariorum alterius Familiæ ortum habuisse, non quidem à Clem.VIII. sed à concordato ab eisdem anno 1625. facto, sub approbatione Congregationis à S. Sede deputatæ*, prout refert Gubern. tom.2. pag.382.: At oppositum est verum, constatque apud omnes, leges Ordinis non ignorantes, jurisdictionem Commissariorum illius Familiæ ortum non habuisse à concordato ab eisdem facto anno 1625.

Authoritas Commissarii Familiæ in Reformatos, ortum non habet à Concordato 1625.

174. Citat. Gub. n.200. inquit: Post Capitulum Generale 1625. de mandato Pontificis, & operante Cardinali S. Onuphrii, Religioni universæ fuit per sequentia decreta intimatum. *Visa petitione P. Ministri Generalis Fratr. Minor. de Observantia S. Francisci SS. D. N. Illmi S. Onuphrii audita sententia, prout infra declarandum, ac respective servandum, censuit, ac mandavit, videlicet P. Ministrum Generalem, & in ejus absentia P. Commissarium Generalem habere eamdem authoritatem in Fratres Reformatos ejusdem Observantiæ, quam habet in Observantes de Familia, sicut in Regula continetur, ipsique Reformati unanimiter postularunt, ut Congregatio super hoc à Sanctitate sua instituta approbavit, & fæl. recor. Paul.V. per Bullam, quæ incipit: Postulat Apostolici, ordinaverat*. Vide supra n.112.

Declaratio jurisdictionis, non est ortus jurisdictionis.

175. Ex quo decreto ab Allegante pro se citato ad oculum patet, jurisdictionem Commissarii Generalis alterius Familiæ ortum non habuisse à cit. decreto 1625. dicente: *Prout infra declarandum*: Quia declaratio jurisdictionis non est ortus jurisdictionis: Declaratio enim nihil de novo confert, & declarans nihil novi facit. Barb. axiom.66. cum leg. ab ipso citatis, Oldrad. consil.318. in fine vers. ad artic. ibi: *Qui de novo dat, non declarat, quia effectus declarationis est verbum obscurum clarius explicare* Calderin. apud cit. Barb.: *Declaratio non ampliat gratiam*. Reiffenst. tom.1. Decret. in proœmio §.8. num.132. *Nihil enim, qui declarat nunc dat, sed datum significat*. Lezan. verb. leg. Reg. num.23., Rod. Miran. Suarez de leg. lib.3. cap.14. num.2. & 3.

Decretum 1625. fuit declarativum, & excitativum ordinariæ facultatis præhabitæ.

176. Ideò non ait decretum: Patri Ministro Generali, & Commissario Generali tribuimus eamdem facultatem in Fratres Reformatos; sed *declarandum* P. Ministrum Generalem, & Commissarium Generalem *habere* eamdem authoritatem in Fratres Reformatos, &c. Et subdit in eodem decreto: *Ut Paul.V. per suam Bullam, quæ incipit: Postulat Apostolici, ordinavecat*, quæ Bulla fuit expedita anno 1607. & sic ante hoc decretum anni 1625. Alias cum hæc declaratio æque sit authoritatis Ministri Generalis, ac Commissarii Generalis Familiæ, & etiam Bulla: *Postulat Apostolici* intelligatur à Gubern. Montalv. Lantus. & etiam ab ipsa Sacra Congregatione, tam de authoritate Commissarii Generalis Familiæ, quam Ministri Generalis, ut supra dictum est num.110. & seq. posset dicere Author Restricti con-

constare apud omnes, leges Ordinis non ignorantès, jurisdictionem, non solum Commissarii Generalis, sed etiam Ministri Generalis super Reformatos, ortum habuisse à Concordato anni 1625.

177. Sed in rei veritate decretum fuit excitativum ordinasiæ præhabitæ facultatis, sicut etiam: *Postulat*: & Greg.XV. 27. Sept. 1622. apud Guber. tom. 1. pag. 252. in Bulla data Benigno Generali expressit per hæc verba: *Ordinariam authoritatem tuam, & jurisdictionem authoritate nostra excitantes*. Ita sunt Bullæ excitativæ concessæ Ministris Generalibus visitandi totum Ordinem, ut illa Innoc. XII. directa ad Rmum Poerium apud Jul. ven. pag. 277. sicut etiam plures nostræ Constitutiones præcipientes obedientiam Ministro Generali. Vide num. 167. 168. & 170.

178. Constat etiam ex speciali facultate, Commissarios Generales alterius Familiæ jurisdictionem in Reformatos habuisse ante 1625.: Maculinus electus in Capitulo Generali 1600. habuit per Bullam *Cupientes*, & per Constitutionem illius anni, in quibus ei demandatur cura Reformatorum, & in antiquioribus à Rmo Bonaventura Calathaginore recopilatis 1594. ex decreto Capituli Generalis 1593. ubi dicitur: *Quod nemo in Familia ab ejus* (Commissarii Generalis) *obedientia eximitur*, & referunt Lantus. Sanctor. Chronol. Seraph. & Gubern. Et etiam Commissarii Generales illius Familiæ habuerunt facultatem in Reformatos per Bullam: *Postulat Apostolici* anno 1607.: & anno 1612. Paul. à Sulmone Commissarius Generalis illius Familiæ obtinuit à Paulo V., ut ubi pro Religionis profectu opportunum sibi videretur, Provincialium Ministrorum electiones coarctare posset ad solos Reformatos. Gubern. tom. 2. pag, 382. n. 101. & Rmus Joannes de Hierro gravissimum errorem Fr. Bonaventuræ Daunio in Germania superiori Commissarii corrigens, declaravit de jure, atque juxta præscriptum Constitutionum parere, debere Commissario Generali Familiæ anno 1613. 4. Maij, ut dictum est num. 95. & 96.

Ut constat etiam per Constitutiones Apostolicas & Ordinis anteriores.

179. Constat etiam per aliam Bullam *Cupientes* Rmum Evangelistam à Gabiano, Commissarium Familiæ, electum anno 1615., habuisse jurisdictionem in Reformatos. Et anno 1620. per aliam Bullam etiam *Cupientes*, datam 20. Junii (Benigno Gènerali in hanc Familiam contendente) Bernardinus Moncalvo Commissarius Generalis constitutus à Benigno, gubernium exercuit etiam super Reformatos, ut constat ex ejus Regesto. Ex quibus evidenter constat, quam immerito dixerit Author Restrictì, jurisdictionem Commissarii Generalis alterius Familiæ ortum habuisse à Concordato anni 1615. Notum enim est ortum habuisse à Bulla Unionis: Et ideò, quamvis Provincia Tarraconensis Recollecta erecta fuit 18. Februarii 1581. cum omnibus privilegiis Italicæ Reformationis; tamen cum subjectione ad Commissarium Generalem Familiæ, ut dictum est à num. 137.

180. Et hæc facultas Commissarii Generalis Familiæ nunquam fuit revocata, nec per Greg. XIII. nec Clem. VIII. ut constat ex dictis, & confirmatur hoc facto: Anno 1600. Jacobus Gandino semel, & iterum Visitator Apostolicus, Mediolani leges Bonaventuræ Generalis pro Reformatis publicatas excepit, *& dilatatam in eisdem super Reformatos Ministrorum Provincialium authoritatem advertit* (en quid advertit): Una cum P. Antonio de Vigevano, ibidem Reformatorum

Ex facto Mediolanensi constat semper fuisse subjectos Commissario Familiæ.

matorum

matorum Custode, Romam pergens, Apostolicas litteras pro Strictiori observantiæ confirmatione obtinuit, ait Gubern. tom.2. p.366. num.169. ex Chronica m.S. Reformatorum Mediolanensium. Non advertit facultatem Commissarii Generalis fuisse dilatatam super Reformatos, quia hæc semper fuit in viridi observantia; & quamvis ita non fuisset jam erat facultas concessa per Bullam:*Cupientes* anno 1600.

Querela Gubern. de Joannino.

181. Hìc nota quærimoniam Gubern. tom.2. pag.367. num.174. ibi: Præ cæteris autem Joanninus, publicatis die 18. Februarii 1622. libellis, ut contra Reformationes gravius invehi posset, scripsit dedecora illa falsissima, quæ summis laboribus vix Sacer Ordo Minorum à se potuit excutere, commune damnum non considerans, Matri suæ iterum incutere non erubuit, & post alia subjungit: *Italos de Strictiori Observantia Commissario Generali de Familia nolle ullo modo se subjicere, Ministroque Generali nimium arctasse potestatem, quæ sepelienda magis, quam iterum in lucem edenda mihi videntur*, inquit cit. Gubernatis Reformatus, Chronologusque Generalis Ordinis. Et si vidisset scriptum A. R. P. Gravois, ex Procuratoris Generalis, & Diffinitoris Ordinis, & ipsius Strictioris Observantiæ, affirmantis, constare apud omnes, leges Ordinis non ignorantes jurisdictionem Commissariorum Familiæ super Reformatos Italiæ ortum habuisse à concordato 1625., & antea non fuisse subjectos Commissario Generali Familiæ: Quid diceret? Judicent alii.

ARTICULUS XI.

In quo tertio solvitur principale argumentum.

3. Solvitur argumentum.

182. SOlide Rmus Torre in sua Epistola missiva relata apud Restrictum num.6. respondebat, & est nostra tertia solutio ad principale argumentum. Data, & non concessa Recollectis Galliæ exemptione à jurisdictione Commissariorum Familiæ per Constitutiones Ap. Greg.*XIII.* & Clem.*VIII.* dictæ exemptioni iidem Recollecti ab antiquo cesserunt, ut constat (aliis ommissis) ex Constitutionibus Segov. anni 1621. cap.7., & ex Vallisol. anni 1670. pro Natione Gallicana num.4., ubi ita fuit Statutum.

183. *Quoniam omnes Galliarum Provinciæ tam Confœderatæ seu Majores, quam Observantium, & Recollectorum in præsenti Capitulo declararunt, etiam scripto, se admittere velut suum legitimum Prælatum Commissarium Generalem Cismontanæ Familiæ, secundum Bullam Unionis electum; propterea dictis Provinciis Confæderatis cum effectu datus est unus Diffinitor Generalis juxta Statuta Generalia Barcinonen., alius Observantibus, & tertius Recollectis.*

184. Et addit Rmus Torre apud Summarium num.2.: Et cum effectu sub prædicta conditione ex tunc, nunc usque; semper unus conceditur Diffinitor Generalis, sub qua ad præsens conditione adest Diffinitor Generalis pro eisdem Recollectis R. A. P. Gravois; mirum certe, quod ipse sub præfata conditione Diffinitor Generalis existens jurisdictionem Commissarii Generalis erga prædictas Provincias, suo & illarum nomine, tam intra, quam extra Ordinem impugnet.

ARTICULUS XII.

In quo declaratur, non esse verum assertum R. A. P. Gravois, num.7. Restricti, & Summarii, scilicet, jus Recollectorum Galliæ ad Diffinitoratum Generalem Statutis Segov. nullo modo inniti: Nec esse conditionatum, sed absolutum, ac fundatum in Statutis Rom.1625.

185. UT vim supradictæ tertiæ solutionis, & Statuti Generalis anni 1670. evaderet Author Restricti, in plures se præcipitavit falsitates Num.7. Summarii, & etiam Restricti inquit: *Jus nostrum habendi Diffinitoratum Generalem Statutis Segov. nullo modo innititur, nec est conditionatum, sed est absolutum, ac fundatum in Statutis Romanis anni 1625.*

Ab anno 1518. eliguntur 12. Diffinitores 6. Ultramontani, & 6. Cismontani, usque ad annum 1670.

186. Sed ut veritas partefiat, notandum, quod in Generalissimo Capitulo anni 1517. duodecim Diffinitores Generales electi fuerunt, ut legimus in Chronol. Seraph. pag.226. & in Orbe Seraph. tom.1. pag.439. num.9. Et pro utriusque Familiæ justa satisfactione in Lugdunensibus Comitiis anno 1518. non sine magna consideratione determinatum fuisse reperimus: *Item ordinatur, ut electio Diffinitorum, quæ cognitionem præexigit sit magis accomodata, quod de cætero in Capitulo Generali eligantur 12. Diffinitores 6. Vltramontani. Et 6. Cismontani.* Chronol. Seraph. pag.236. Wading. tom.8. ad annum 1518. num.13. Gubern. tom.1. pag.439. num.9.

187. Ex illo itaque anno usque ad 1670. perseverarunt in Ordine 12. Diffinitores Generales; Chronol. Seraph. cit. pag.248. & Gubern. cit. num.10. excepto: Quod anno 1521. cum Patres Cismontanæ Familiæ hanc Diffinitorum electionem publice detrectarent, etiam Ultramontani in Carpensi Capitulo ab eadem abstinentes novem Consultores elegerunt. Statim vero in Capitulo Burgensi anno 1523. sub Quiñonio Generali, tam pro Cismontanis, quam Ultramontanis, ipsos restitutos esse comperimus apud Orb. Seraph. cit.

188. Et quamvis etiam in Capitulo Generali Cismontano Tolosæ celebrato, anno 1532. ordinatum fuit, quod de cætero non eligerentur 6. Diffinitores Generales tantum; sed omnes Ministri, & Custodes in Capitulo Generali præsentes essent Diffinitores, apud Gub. tom.3. pag.276.; at in Capitulo Generali Niceæ 1535. fuerunt reassumpti. Idem cit. pag.283.; Ex quibus constat, quod ab anno 1518. usque ad annum 1670. continuantur in nostra Religione 12. Diffinitores Generales 6. pro unaquæque Familia, & pro hac Cismontana hoc ordine per Nationes distributi: Pro Natione Hispana 2.: pro Germano-Belgica 2., & 2. pro Gallis juxta Statuta Ordinis.

Ab anno 1618. ad 1670. Natio Gallicana habuit 2. Diffinitores Generales.

189. Ex quo sequitur, non esse verum assertum R. A. P. Gravois num.7. Restricti, id est jus Recollectorum Galliæ esse fundatum in Statutis Romanis anni 1625.: Siquidem ante tale Statutum, & adhuc ante originem Recollectorum ab Statutis Lugdun. anni 1518. ex Niciens. 1535. ex Mantuan. 1541. ex Salmant. 1553. ex Tolet. 1583. ex Vallisol. 1593. & ex Segov. 1621. Natio Gallicana semper habuit duos Diffinitores Generales: Et in dictis Statutis anni 1625. Diffinitores

Natio Gallicana non habuit tertium Diffinitorem Generalem usque ad annum 1670. nec an 1625. fuit ei superadditus Diffinitor Generalis.

Generales non fuerunt multiplicati, nec ad Nationem Gallicanam superadditus aliquis Diffinitor Generalis ad 2. jam consuetos usque ad annum 1670.

190. Constitutio anni 1625. est hæc *Eodem jure ac privilegio gaudeant Recollectorum Provinciæ in Gallia existentes, quo duæ aliæ ejusdem Nationis Familiæ, ut videlicet suo ordine, & tempore successivo Diffinitorem habeant Generalem.* In hac Constitutione pro Recollectis Galliæ non superadditur alius Diffinitor Generalis, sicut fuit superadditus in Constitutionibus anni 1670. ubi expresse dicitur *alium pro Gallia, & tertius pro Recollectis.* Unde ex vi Constitutionis 1625. Recollecti Galliæ habent vocem passivam ad unum Diffinitorem Generalem ex duobus consignatis ab anno 1518. Nationi Gallicanæ; non privative quoad alias 2. Familias confæderatas, & observantes, sed *suo ordine, & tempore successivo* cum illis, ut inquit Constitutio.

Virtute Constitutionis 1625. Recollecti Galliæ habent vocem passivam ad unum Diffinitorem, suo tempore habendum ex duobus consignatis Nationi; sed non privativè quoad alias Familias.

191. Cum enim fælici successu tunc erigerentur plures Provinciæ Recollectorum in Gallia, ut in plurimum ex pluribus Conventibus donatis ab aliis duabus Familiis ejusdem Nationis; & Familia Confæderata, videlicet, Provincia Franciæ, Turoniæ, S. Bonav., Aquitaniæ recentioris, & si quæ fuerint postea aggregatæ, haberent unum Diffinitorem Generalem, & 5. Provinciæ Observantes, & aliæ cum eis conjunctæ alium Diffinitorem Generalem, justa dispositione, anno 1625. ordinatum fuit, ut eodem jure, & privilegio gauderent Provinciæ Recollectorum de novo erectæ.

192. In his Constitutionibus anni 1625. Provinciis Tertii Ordinis concessa fuit vox activa in Capitulis Generalibus per sequentem Constitutionem: *Provincialium Tertii Ordinis, quæ nunc temporis in Hispania, & Gallia erectæ sunt Ministri, Comitiis Generalibus deinceps interesse, & in electionibus Ministri, & Commissarii Generalis respective votum activum haaere, poterunt.* & occasione hujus determinationis expressum fuit Provinciis Recollectis noviter erectis, etiam competere vocem passivam, præsertim ad unum Diffinitorem Generalem, non privative ad alias duas Familias, *sed suo ordine, & tempore successivo*, ut constat ex ipsa litera, & praxi habita ex tunc, usque an annum 1670.

193. Neque est verum assertum R. A. P. Gravois dicentis: *Jus Recollectorum Galliæ habendi Diffinitoratum Generalem Statutis Segov. nullo modo innititur, nec est conditionatum, sed absolutum*; quod ex allegatis sic convincitur: Secundum ipsum tale jus fundatur in Statuto Romano: dicente: *Eodem jure, ac privilegio gaudeant Recollectorum Provinciæ in Gallia existentes, quo duæ aliæ ejusdem Nationis Familiæ, ut videlicet suo ordine, & tempore successivo Diffinitorem habeant Generalem*: Ego jus, & privilegium concessum Recollectis Galliæ, habendi Diffinitorem Generalem in hac Constitutione Romana, est idem jus, & privilegium, quod jam habebant duæ aliæ ejusdem Nationis Familiæ. Patet ex ipsa litera Constitutionis.

194. Sed duæ aliæ ejusdem Nationis Familiæ habent jus ad Diffinitoratum Generalem, conditione admittendi Commissarium Generalem, electum secundum Bullam Unionis ex Segov. 1621. Tolet. 1583. Vallisol. 1593., ubi loquendo de Provinciis Reformatorum Galliæ, seu Magnarum, vel Confæderatarum assignatur causa, con-

cedendi eis Diffinitorem Generalem, eo quod Commissarium Generalem secundum Bullam Unionis electum recipere, promiserint, & eadem conditio ponitur in eisdem terminis in Salmat. 1553., & in Mantuan. 1541. per sequentia verba: *Statuitur prӕterea ad perpetuam rei memoriam, quod Provinciӕ Franciӕ Turoniӕ, D. Bonav., & Aquitaniӕ Reformatorum debeant, habere, in unoquoque Capitulo Generali, Diffinitorem unum, videlicet, ex ordinariis Vocalibus dictarum Provinciarum, hac lege, ut in omnibus, ac per omnia, veluti cӕterӕ totius Ordinis Provinciӕ teneantur, Generali Commissario, juxta Unionis Bullam vulgaliter à toto Ordine intellectam, obedire, prout dum seorsim unaquӕque istarum Provinciarum visitaretur a Reverendissimo P. Generali Fr. Vincentio Lunelo, cum earum respectivè prӕfuerit Capitulis, consenserunt, & in prӕsenti Generali Capitulo, prӕdictarum Provinciarum Vocales ante omnem electionem eidem Fr. Vincentio Lunelo, Capitulo prӕsidenti, suo, ac Provinciarum suarum nomine annuerunt.*

Duæ aliæ Familiæ habent jus ad Diffinitoratum hac lege, ut obediant Commissario Familiæ ex Seg. & aliis Const. quod & Recollectis fuit concessum anno 1626.

195. Ex quo constat, quod Magnæ Provinciæ post Bullam Unionis, unitæ corpori Minorum de Observantia in Capitulo Generali Lugdun. 1518. *ea lege obtinuerunt jus ad Diffinitoratum Generalem, ut in omnibus, ac per omnia, veluti cӕterӕ totius Ordinis Provinciӕ teneantur Generali Commissarie . . . obedire*. Et consequenter ea conditione, ut obedirent Commissario Generali, sicut obediebat Familia Observantium Nationis Gallicanæ: Ego si idem jus, & idem privilegium fuit concessum Familiæ Recollectæ Galliæ anno 1625., hoc privilegium fuit concessum ea lege, ut veluti cæteræ totius Ordinis Provinciæ, teneantur Generali Commissario obedire.

196. Patet hæc consequentia: quia dicto: *eodem* est relativa præcedentium: cum omnibus suis qualitatibus significans identitatem in omnibus, & per omnia, ut affert Barbos. Dict. usu frequentiores. Dict. 99. cum pluribus juribus: Et consequenter si ex Constitutione Romana 1625. Familia Recollecta Galliæ *eodem jure, ac privilegio gaudet, quo duӕ aliӕ ejusdem Nationis Familiӕ gaudent* ad habendum Diffinitorem Generalem, habet jus, & privilegium cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, ac alię duę Familię habent juxta Constitut. Segov.: Et sicut istud jus est conditionatum, ita & illud: Ideò inquit Barbos. tom. Variarar. tract. de clausul. in gen. num. 11.: *Conditio* in posterioribus censetur repetita. Et idem Vot. Dicis. lib. 2. Vot. 52. num. 15. ait: *Quod Statutum posterius debet, intelligi secundum tenorem primi, & ab eo recipit interpretationem*.

Cum conditionibus, ac aliæ duæ Familiæ, juxta Segov.

197. Ex quibus ad interrogationem R. A. Gravois, quęrentis: *Quid autem commune Galliӕ Recollectis cum Provinciis confӕderatis?* Respondetur, quod non solum habent aliquid commune, sed idem jus identificum, & privilegium ad Diffinitoratum Generalem, cum eadem lege designata in Segoviens., & in aliis Capitulis Generalibus pro Familia Confederata.

197. Verum est, quod Statuta Segov. 1621. cap. 7. tit. de Diffinitorib. Generalibus per quatuor Reformatorum Provincias ibidem nominatim expressas, non intelligunt Provincias Recollectas Francię; sed Provincias Magnas, seu Confœderatas Gallię, quę dum post Bullam Unionis Ministro Generali nomen dederunt per Lugdunensis

Capituli Decretum, ut à cæteris Observantibus nomine distinguerentur Provinciæ Reformatæ, titulum acceperunt, ut dicitur in Orbe Seraph. tom.2. pag.398. num.240.. Nove verò Reformationis assertores, ne cum illis in nomine ad confusionem convenirent, non Reformati, sed Recollecti nuncupari voluerunt, ut notavit Expond., & cum eo Chronol. Seraph. & Gubern. cit.

199. At cum Statuta posteriori, concedentia Recollectis Galliæ idem jus, & privilegium habendi Diffinitoratum Ceneralem, sint relativa Statutorum Segov. cum omnibus suis qualitatibus, significando identitatem in omnibus, & per omnia, optime & necessario citantur Statuta Segov. a Rmo Torre. Et qua fronte dicat R. A. P. Gravois, num. 7. cit.: *Si Segov. Statuta vidisset Rmus Torre, illa sine dubio cum aliis omissis, sub silentio reliquisset*: sub silentio reliquo.

ARTICULUS XIII.

In quo declaratur, neque esse verum assertum R. A. Gravois num.7. cit. scilicet, ab anno 1625. usque ad annum 1670. inconcusse, & inalterabiliter Familiam Recollectam habuisse Diffinitorem Generalem.

200. FAlsum ergo est assertum Authoris videlicet, *ab eo tempore* (1625.) usque ad annum 1670. novem successive in variis Capitulis, & Congregationibus Generalibus inconcusse, & inalterabiliter habuimus Diffinitores Generales, ut videri, potest, inquit, apud Jul. à Venet. Hoc inquiam non est verum, quia oppositum video apud ipsum Jul. à Venet., & in Tabeliis Capitulorum, Congregationumque Generalium, & In Orbe Seraph.

Ab anno 1625. inclusivè ad 1670. exclusivè celebratæ fuerunt novem electiones Diffinitorum Generalium.

201. Verum est quod ab anno 1625. inclusivè usque ad annum 1670. exclusive in novem Capitulis, & Congregationibus Generalibus factas fuisse electiones Diffinitorum Generalium pro hac Familia Cismontana: Nempe prima electio in Capitulo Generali Romano 1625. secunda in Capitulo Generali Tolet. 1633. Tertia electio Diffinitorium hujus Familiæ fuit facta in Generali Capitulo Rom. anni 1639. Et quarta fuit in Capitulo Generali Tolet. 1645. Quinta facta fuit in Congregatione Generali Victoriens. anni 1648. Sexta in Capitulo Generali Romano anni 1651. Septima in Capitulo Generali Toletano 1658. Octava in Congregatione Generali Vallisol. 1661. Et nona in Capitulo Generali Romano 1664. Ita uniformiteu constat ex Chronologia Seraph. tom. 1. & 2. Ex Orbe Seraph. Vvading. ex tabellis Capitulorum, & Congregationum impressis, & etiam ex manuscriptis, quæ asservantur in hoc Archivo Genegali Matritensi.

202. At non est verum, quod in his novem electionibus Diffinitorum Generalium hujus Familiæ, PP. Recollecti Galliæ, novem habuissent Diffinitores Generales inconcusse. & inalterabiliter, ut inquit R. A. P. Gravois: Licet enim Natio Gallicana in qualibet ex his electionibus in concusse, & in alterabiliter habuerit duos Diffinitores Generales; tamen Familia Recollecta Nationis Gallicanæ non habuit suum Diffinitorem Generalem Recollectum, *nisi suo ordine, & tempore successivo*: Quia in Capitulo Generali Romano 1625. Natio Gallicana

Famila Recollecta non habuit Diffinitorem Generalem in Capitulo Romano, 1625. nec in Tolet. anni 1645.

licana habuit quidem, ficut & in aliis electionibus, duos Diffinitores Generales, nempe, Fr. Joann. de la Val, Miniftrum Provinciæ S. Bonav., & Fr. Egidium Granier, Miniftrum Aquitaniæ antiquioris, ut conftat ex Chronolog. Seraph. tom.1. pag.673. & Orbe Seraph. tom.4. pag.3. & 4.; & nullum alium Diffinitorem Geneaalem habuit Natio Gallicana, cum ufque ad annum 1670. non habuerit nifi tantum duos Diffinitores Generales, & confequenter in hoc Generali Capitulo Familia Recollecta Nationis Gallicanæ nullum habuit Diffinitorem Generalem.

203. Nec in Capitulo Generali Toletano anni 1645. Familia Recollecta Galliæ habuit Diffinitorem Generalem: Quia pro tota Natione Gallicana fuerunt electi in Diffinitores Generales A.R.P. Fr. Sabinianus Lefort, Guardianus Magni Conventus Parifienfis, & A. P. P. Fr. Dominicus Ithier, Pro Minifter Provinciæ Aquitaniæ antiquioris, & Guardianus Tolofæ, ut conftat ex Tabella impreffa hujus Capituli Generalis. & manu. S. quæ fervantur in hoc Archivo, ex Jul. Venet. & Orb. Seraph.

204. Ex quibus conftat, quod Familia Recollecta Galliæ ab anno 1625. ufque ad annum 1670. non habuerit novem Diffinitores Generales ut affimat R. A. P. Gravois; fed feptem, nempè: Primo in Capitulo Tolet. 1633. A. R. P. Fr. Fulgentium Brunum Provinciæ S. Bernardini in Gallia Cuftodem. Secundo in Capitulo 1639. A. R. P. Fr. Ignatium Legault, Provinciæ S. Dionyfii Patrem, & Commiffarium Galliæ, inftitutum ab Urbano VIII. 18. Augufti anni 1637. cum dependentia à Miniftro Generali, qui utramque Familiam regebat, eo quia non fuit celebrata Congregatio Generalis propter Bella inter Hifpanos, & Gallos, non obftante quod ad hoc Capitulum 1639. Rege interdicente, non accefferint Vocales Galliæ, ut conftat ex Jul. Venet. pag.5. Gubern. tom.1. pag.340. & 347. & tom.4. pag. 40. & ex Tabula Capitulorum.

Ab anno 1625. ad 1670. Familia Recollecta non habuit 9. Diffinitores Generales, fed 7.

205. Tertio; in Congregatione Generali Victorienfi anni 1648. A. R. P. de Zaurdi, Pro-Miniftrum Provinciæ Puriffim. Conceptionis Recollectorum in Gallia: Quarto, in Capilulo Generali Aracœlitano 1651. A. R. P. Fr. Seberinum Vanier, Miniftrum Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ Recollectorum in Gallia. Quinto in Capitulo Generali Toletan. 1658. A. R. P. Fr. Ludovicum Manis, Miniftrum Provincialem, Provinciæ S. Francifci Recollectorum in Gallia. Sexto, in Congregatione Vallifol. 1661. A. R. P. Fr. Francifcum Touri, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Gallia Cuftodem. Semptimo, in Capitulo Generali Romano 1664. A. R. P. Fr. Agatangelum Refmod, Provinciæ SS. Sacramenti Recollectorum in Gallia Miniftrum, ut videri, poteft in Orbe Seraph. tom.4. & Jul. Venet. Tabellifque Capitulorum, & fic non eft verum, quod ab anno 1625. ufque ad annum 1670. Familia Recollecta Galliæ habuerit inconcuffe, & inalterabiliter novem Diffinitores Generales.

EN SEPTEM CAPITVLA, ET DVÆ CONGREGATIONES *Generales, in quibus factæ sunt Electiones Diffinitorum Generalium ab anno 1625. inclusivè ad 1670. exclusivè.*

206. — 1ª. PRima Electio Diffinitorum Generalium in Capitulo — Rom. 1625. — Familia Recollecta non habuit. — 0

2ª. Electio Diffinitorum Generalium in Capitul. Tolet. 1633.
— Familia Recollecta habuit. — 1.

3ª. Electio Diffinitorum Generalium in Capitul. Rom. 1639.
— Familia Recollecta habuit. — 2.

4ª. Electio Diffinitorum Generalium in Capitul. Tolet. 1645.
— Familia Recollecta non habuit. — 0

5ª. Electio Diffinitorum Generalium in Cong. Vict. 1648.
— Familia Recollecta habuit. — 3.

6ª. Electio Diffinitorum Generalium in Capitul. Rom. 1651.
— Familia Recollecta habuit. — 4.

7ª. Electio Diffinitorum Generalium in Capitul. Tolet. 1658.
— Familia Rellecta habuit. — 5.

8ª. Electio Diffinitorum Generalium in Cong. Vallifol. 1661.
— Familia Recollecta habuit. — 6.

9ª. Electio Diffinitorum Generalium in Capitul. Rom. 1664.
— Familia Recollecta habuit. — 7.

Familia Recollecta Galliæ in his novem Electionibus tantum habuit septem Diffinitores Generales: Si quidem in Capitulo Romano 1625. & in Capitulo Tolet. 1645. non habuit Diffinitorem Generalem.

207. En Diffinitores Generales, in utroque Capitulo pro hac Familia. In Cap. Rom. 1625. tit. Diffinitores Generales apud Gub. tom. 4. pag. 3. & 4. ibi.

A. R. P. Petrus Jover, Provinciæ Cathaloniæ Pater, & Custos, & olim Procurator Ordinis.

A. R. P. Fr. Josephuus de Bergaine, Provinciæ Coloniensis Pater, & Custos, & iterum Diffinitor.

A. R. P. Fr. Joannes de la Val, Minister Provinciæ S. Bonav.

A. R. P. Fr. Joannes de Santander, secundo Minister Provinciæ Cantabriæ.

A. R. P. Fr. Egidius Graner, Minister Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris.

A. R. P. Fr. Petrus Marchant, Provinciæ Flandriæ Custos.

In Capitulo verò Tolet. 1645. apud Gub. tom. 4. pag. 114. Diffinitores electi pro hac nostra Familia sunt sequentes.

A. R. P. Fr. Franciscus Andreas de la Torre, Lector Jubilatus, & Provinciæ Burgensis Minister.

A. R. P. Fr. Gaspar de Fuente, Lector Jubilatus, & Minister Provinciæ Castellæ.

A. R. P. Fr. Sabinianus le Fort, Guardian. Magni Conventus Parisiensis.

A. R. P. Fr. Dominicus Ithier, Pro Minister Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris, & Guardian. Tolosæ.

A. R. P. Fr. PetrusRitsi, Provinciæ Daciæ Minister.

A. R. P. Fr. Boecius Eganus, Pro-Minister Hiberniæ.

108. In

208. In his duabus electionibus Familia Recollecta nullum habuit Diffinitorem Generalem; sed in aliis septem electionibus, & in istis septem non habuit una ex alii duabus Familiis ejusdem Nationis: Siquidem Provinciæ Magnæ non habuerunt in Congregatione Victoriensi 1648., nec in Capitulo Rom. 1651., nec in Congregat. Vallisol. 1661. Similiter Provinciæ Observantes non habuerunt in Capitulis 1633., 1639., 1658., 1664.

209. Post Capitulum Romanum anni 1625. in Congregatione Roman. 1628. electio Diffinitorum fuit facta pro altera Familia ---

Post Capitul. Tol. anni 1633. propter bella inter Hispanos, & Gallos non fuit Congregatio celebrata anno 1636.: & quamvis Urban. VIII. voluerit instituire Officiales Generales, vel Breve Pontificium non fuit expeditum, vel saltim non fuit publicatum Gubern. tom. 4. pag. 39. & Jul. Venet. pag. 2. & Minister Generalis singulari exemplo utramque rexit Familiam.

210. Post Capitul. Rom. anni 1639. in Congregat. Generali Romæ habita anno 1642. Diffinitores Generales fuerunt electi pro altera Familia.

Post Cap. Tolet. anni 1645. in Congreg. Victor. 1648. electi fuerunt Diffinitores Generales pro hac Familia.

Post Cap. Rom. 1651. in Congreg. Rom. anni 1654. fuetunt electi Diffinitores Generales pro alia Familia.

Post Cap. Tol. anni 1658, in Congreg. Vallisol. 1661. electi fuerunt Diffinitores Generales pro hac Familia.

Post Cap. Rom. anni 1664. in Congreg. Rom. anni 1667. electi fuerunt pro illa Familia Diffinitores Generales usque ad annum 1670.


ARTICULUS XIV.

In quo deteguntur aliæ falsitates allatæ ab Scriptore in Summario, & in Restricto num. 8., quibus intendit, deludtre vim Constitutionis Generalis anni 1670., & nostram tertiam solutionem.

Falsum est paucos Vocales Recollectos accessisse ad Capitul. General. 1670

211. Quamvis pauci, imò & nullus ex Vocalibus Familiæ Recollectæ Nationis Gallicanæ concurrisset ad dictum Generale Capitulum, tota Familia Recollecta Actis, Decretis, & Statutis dicti Capituli omnimodam observantiam, ac paritionem præstare teneretur, ut constat ex Cap. Rom. anni 1688., ubi tit. pro Provinciis Galliæ, Capitulum Generale determinat ibi: *Cum ex authenticis præsentis Capituli Actis, extense constet Vocalibus Provinciarum Galliæ nullam ex parte Religionis datam fuisse legitimam occasionem recedendi a Congressibus electionum, ac dispositionum, quæ canonice, ac ritè celebratæ, ac peractæ fuerunt, declarandum censuimus, prout præsentis Decereti tenore declaramus, præfatas dictæ Nationis Provincias, earumque Vocales Fratres, & alumnos electionibus actis, Decretis, ac Statutis præmemoratis om-*

Quamvis pauci Recollecti accessissent ad Capitul. 1670. tenerentur ad ejus Decreta.



omnimodam reverentiam, obſervantiam, ac paritionem præſtare, debere; non ſecus, ac ſi eorum interventu, & ſuffragiis celebrata, & ordinata fuiſſent. Hucuſque dictum Generale Cap.

Ita declarant ipſi Recollecti anno 1692.

112. Et omnes Provinciæ Galliæ tam Obſervantes, quam Recollectæ admiſſerunt hoc Decretum, ut conſtat ex declaratione ſequenti, quæ reſervatur in hoc Archivio Matritenſi in ſcrinio Provinciæ Conceptionis Recollectorum manip.1. num.10. ibi: *Nos infraſcripti Procuratores Provinciarum Nationis Galliæ Ordinis Fr. Minorum Sancti Franciſci, tam de Obſervantia, quam Recollectorum, reſpective nuncupatorum, non ſolum nomine proprio, ſed etiam nomine omnium, & ſingularum Provinciarum proteſtamur, & declaramus Capitulum Generale ejuſdem Ordinis Romæ anno 1688. habitum, pro rite, & canonice celebrato Nos habere*. Romæ 8. Decembris 1692., & ſubſcripſerunt.

Potiori ratione Provincia S. Dionyſij tenetur ad Statua 1670.

213. Si ergo tota Natio Gallicana ex declaratione facta ab ipſo Capitul. Generali Rom. Actis, Decretis, & Statutis præfati Capituli omnimodam reverentiam, obſervantiam, ac paritionem præſtare debet, & præſtavit ex declaratione Procuratorum totius Nationis, tam de Obſervantia, quam Recollectorum nomine omnium Provinciarum, non ſecus, ac ſi totius Nationis interventu, & ſuffragiis celebrata, & ordinata fuiſſent, potiori ratione, quamvis Provincia S. Dioniſii non præſtitiſſet ſuum conſenſum in ordine ad ſubjectionem ad Commiſſarium Generalem Familiæ in Capitulo Generali 1670. Statutis, & Decretis talis Capituli, omnimodam reverentiam, obſervantiam, ac paritionem præſtare tenetur, non ſecus, ac ſi ejus interventu, & ſuffragio celebrata, & ordinata fuiſſent.

Falſo repræſentatur Rm̃o Miniſtro Generali paucos Recollectos acceſſiſſe ad Cād. 1670.

214. Sed in Reſtricto num.8. falſa ſupoſitione R. A. P. Gravois proponit Rm̃o Miniſtro Generali: *Non ignorat P. V. Rm̃a paucos ex noſtris Vocalibus ad dictum Generale Capitulum perrexiſſe*, quod, & repetit in eodem numero: Et nota, quod in Summario inquit: *Provincia Pariſienſis prædicto Capitulo Generali citata non fuerat*. Et cum relatione ad hoc ſuum dictum in Reſtricto inquit, paucos perrexiſſe: Verum eſt, quod Vocales Provinciæ S. Dionyſii non acceſſerint; at ex hoc non infertur, paucos ex Recollectis inceſſiſſe: Falſum ergo proponit Rm̃o Miniſtro Generali ſub ſpecioſis verbis: *Non ignorat P. V. Rm̃a paucos ex noſtris Vocalibus ad dictum Capitulum Generale perrexiſſe*, & cautioſa ſagacitate, ſtudet ſuadere falſum, & ipſum Monarcham Religionis decipere; eſt autem crimen atrociſſimum ante Principem ſupponere, ut verum, quod non eſt certiſſimum, ut notum eſt apud Juriſconſultos.

214. Si ergo à ſuo Summario, quod citat, non potuit aſſumere, paucos Recollectos ad illud Capit. Generale perrexiſſe, unde deſumpſit figmentum? Non ex Chronol. Seraph. Orbe Seraph. Wading. nec ex Tabellis impreſſis, dicentibus ad tale Capitulum acceſſiſſe 260. Vocales ex toto terrarum Orbe, addendo quod aliqui defuerunt; (uti ſemper) at non dicunt, iſtos abſentes fuiſſe Recollectos, imo nec ex Annalibus man. ss. Provinciarum Recollectorum, miſſis pro continuatione Annalium Ordinis.

214. Verum eſt, quod Chrouol. Seraph. tom.2. refert, ad Congregationem Generalem Tolet.1673., ex Provinciis Recollectis Galliæ,

liæ, *quod aliquæ tantum comparuerunt*: In Tabulis vero Capitulorum dicitur, tres tantum Provincias comparuisse: Hoc ultimum R.A. Duflos, vel ejus Advocatus applicavit in suo Restricto contra Rmum Evora ad Capit. 1670. ex qua æquivocatione R. A. P. Gravois proponit Rmo Ministro Generali, quasi factum notorium dicendo: *Non ignorat P. V. Rma, paucos ex nostris Vocalibus ad dictum Capitulum perrexisse*.

215. Et pro veritate ego infrascriptus, Lector Jubilatus, & Custos hujus Archivi Generalis Matritensis testor, in hoc Generali Archivo manip. 3. num. 16. sub tit. Legitimatio Provincialium, & Custodum facta, & revisa à *RR.* Patribus determinatis à Deffinitorio Generali pro Familia Cismontana 19. Maii 1670. reperiri legitimationes originales Vocalium dicti Capituli, quas attente legi: Et ex ipsis constat, quod ex Natione Gallicana concurrerunt omnes Provinciæ Magnæ, & Guardianus Parisiensis Magni Conventus: Et omnes Provinciæ Observantes: Ex Familia vero Recollecta tantum defuit: Provincia S. Dionysii: Si quidem ex eisdem legitimationibus constat accessisse Vocales Provinciæ S. Bernardini, ex Provincia Immaculatæ Conceptionis duo Pro-Ministri, & duo Custodes, ex Provincia S. Francisci, S. Mariæ Magdalenæ, SS. Sacramenti, Britaniæ, Custos Custodiæ S. Nicolai, & Custos SS. Trinitatis: Etiam accesserunt Vocales Provinciarum S. Antonii in Artesia, & S. Andreæ in Belgio, quæ hodie pertinent ad Familiam Recollectam Galliæ. In quorum fidem in hoc Matritensi Conventu propria manu subscripsi die 12. Aprilis anni Dñi 1749.

Attestatio desumpta ex legittimationibus Vocalinm ad Capitul. 1670.

Fr. Gabriel Garcia Tapiador,
Lect. Jub. & Archiv.

216. R. A. P. Gravois dicto num. 8. ait: *Aliquos ex nostris Vocalibus ad illud Capitulum non fuisse citatos*, & in Summario etiam n. 8. *Nostra Parisiensis Provincia pro dicto Capitulo Generali citata non fuerat*; sed utrumque est falsum. Ad citandum enim sufficit, quod superior, cujus est vocare, literas convocatorias more solito mittat, ut inquit Montalvo tom. 2. cap. 10. art. 3. & 5. cum Rotario, & Sanctor. in Statut. cap. 8. Statut. 21. & novissime Fr. Ant. Cajet. in citata Elucidatione §. 4. num. 202. juxta Regulam juris in 6.: *Cum non stet per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, haberi, debet perinde, ac si impleta fuisset*. Quamvis ergo per aliquod impedimentum extrinsecum literæ Convocatoriæ forte non pervenissent ad illam Provinciam, debet, se haberi, ut sufficienter citatam: Et quis credet adhuc literas non accepisse, cum omnes aliæ Provinciæ, & Custodiæ acceperint; & accesserint ad illud Capitulum? Præcipue cum ipsa Provincia S. Dionysii constituerit suum Procuratorem ad protestandum in tali Capitulo, ut protestavit secundum Summarium: Et causa F. Candidi Carton Laici ejusdem Provinciæ S. Dionysii, & sententia lata per Diffinitorium, per viam appellationis delata fuerit ad dictum Capitulum? Et ideo, examinata causa absentiæ, vocalium S. Dionysii nulla fuit inventa legitima a Diffinitorio Generali: Et postea Rmus Rhini etiam dedit pro insufficienti non accipere literas convocatorias.

Sufficit ad citandum mittere litteras more solito.

217. *Num. 8. Summarii, & Restricti dicitur R. P. Antonius Po-*

Protestatio nullibi reperitur.

stulat, Pro-Minister Provinciæ Artesiæ, Procuratorque Provinciæ Parisiensis Recollectorum, sub die 24. Maii 1670. (hæc dies erat dies Capituli) pro parte Provinciæ S. Dionysii appellavit ad S. Sedem, cum protestatione nullitatis eorum omnium, quæ in Capitulo Generali Vallisol. fieri possent contra nostram Recollectionem, & jura dictæ Provinciæ Parisiensis, quæ citata non fuerat. Vidi, & legi Acta originalia talis diei, sed neque in Actis impressis, necnon impressis, nec in Actis alterius diei, quæ reservantur in Generali Archivo Matritensi reperitur talis protestatio, nec in Annalibus Provinciæ S. Dionysii, nec aliarum Provinciarum Recollectorum missis ab ipsis Provinciis ad hoc Generale Archivum.

Si causa protestationis fuisset communis, omnes Recollecti protestassent.

218. *Cur autem* (prosequitur R. A. P. Gravois) *dicta protestatio in Actibus typis datis ejusdem Capituli Generalis non reperiatur, quilibet facile cognoscere potest.* Respondeo, quod quilibet facile cognoscere, potest, quod si protestavit, Pro-Minister Artesiæ, non protestavit circa subjectam materiam: Si enim appellatio, vel protestatio caderet contra subjectionem Recollectorum in Commissarium Familiæ, causa appellationis, & protestationis foret communis, & omnes Provinciæ Recollectæ appellassent, ut patet. Quis enim credet, quod Pro-Minister Provinciæ Artesiæ appellasset pro Provincia S. Dionysii, ut ejus Procurator, & non pro sua Artesiæ Provincia in causa utrique communi? Quilibet ergo facile cognoscere, potest, cur solus protestavit Pro-Minister Provinciæ Artesiæ, (si forte protestavit) ut Procurator Provinciæ S. Dionysii, & non pro sua Artesiæ Provincia, nec Vocales aliarum Provinciarum, & Custodiarum Recollectorum, qui omnes aderant pro suis Provinciis, & Custodiis.

Decreta non impressa Capituli 1670

219. Ego infrascriptus, Lector Jubil. Archivii Generalis Ordinis in hac Curia Matritensi Custos, testor in ipso inter Acta originalia Capitulorum, & Congregationum Generalium inter alia manip. 3. scrinii, cujus tit. est: Acta Capituli Generalis Vallisol. 1670. sequentia reperiuntur à me lecta, & hic ad literam transumpta: Decreta Diffinitorii Generalis habiti tam Vallisol. a die 20. Maii, quam Matriti a die 18. Jul. 1670. usque 12. Augusti, in quo fuit dissolutum, quæ non sunt impressa in Constitutionibus Capituli Generalis anni 1670.

220. Pro Cismontana Familia Gallia. Die 20. mensis Maii, examinatis causis absentiæ RR. PP. F. Philipi Le Roy Provinciæ Turoniæ Observantium, & F. Agathangeli Resmond. Provinciæ SS. Sacram. Recollector. Diffinitorum Generalium Ordinis pro Natione Gallicana, & admissis pro veris, & legitimis, unanimi consensu Diffinitorii Generalis loco primi fuit juxta Generales Ordinis Constitutiones, substitutus R. P. Fœlix Cuidens Ex Diffinitor Generalis Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris; loco secundi R. P. Sylvester Castet, Provinciæ SS. Sacramenti Recollectorum Minister Provincialis.

Declarat Diffinitorium Generale Vocales S. Dionysii incidisse in pœnas non accedentium ad Capitulum Generale.

221. Eadem die, & Sessione, examinata causa absentiæ PP. Ministri, & Custodis Provinciæ S. Dionysii Recollectorum in Gallia, inventa est nulla legitima: Eaque propter declaravit Diffinitorium Generale, illos incidisse in pœnas præfixas per Statuta Generalia: Et quod Rmus P. Minister Generalis indaget de mala administratione sui Officii in Provincialatu dicti P. Provincialis, qui vocatur P. Germanus Allart.: Ad aures enim Diffinitorii Generalis delatum est ipsum tyrannice gubernare.

222. Die 21. Maii Sessione 3. controversum est: An Vocales missi à Provincia Immaculatæ Conceptionis Recollectorum in Gallia, ex una parte Diffinitorii triennii elapsi ultra 8. menses & ex altera novi Diffinitorii electi in Capitulo celebrato per P. Gratianum à Matiscone admittendi essent? Et unanimi consensu, & voto Diffinitorium Generale decrevit, non esse admittendos Pro-Ministros, aut Cnstodes uniùs, vè alteriùs partis ad suffragandum.

223. Item: Litem & controversiam ortam de validitate electionum, Factarum in dicto Capitulo per Matiscon celebrato, remittendam pro finali decissione ad S. Congreg. Regular. & Episc. quia in ipsa antea contestata, adhuc pendebat. Demum dictum P. Gratianum à Matiscone detinendum fore in aliquo Conventu, quousque se purgaret ab imputatis criminibus verborum indebitè prolatorum contrà Prælatos.

224. Die 27. Maii pro bono regimine Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Recollectorum in Gallia, & ad sedandos tumultus, & confusiones, ortas ob pluralitatem Superiorum prætensorum ejusdem, decrevit Diffinitorium Generale, ut pendente, ut supra Romæ lite, Provinciam interea regeret, tanquam Commissarius Provincialis ejusdem, P. F. Gabriel Belandin, & Guardiani, electi in Capitulo, vel Congregatione trienii præteriti, confirmati per Ministrum Generalem singulos suos regerent Conventus, velut eorumdem Præsides; citra tamen partium præjudicium.

225. Eadem die, & Sessione, examinata controversia Provinciæ Britanniæ Recollectorum in Gallia de super alternativa prætensa à Patribus Nationis, & Lingum Britanicæ, decrevit Diffinitorium Generale, remittendam judicio Rmi Ministri Generalis, cum iberit in Galliam, & in ipsius dispositionem compromissit Diffinitorium Generale. Item decrevit, nihil innovaretur in dicta Britaniæ Provincia usque ad itum Rmi, præcepitque Diffinitorium Generale Superioribus hujus Provinciæ, sua exercere officia juxta Ordinis, & Provinciæ, praxim quoad celebrationem Congregationis annuæ juxta Consticutiones Clem. VIII. & quoad omnia alia, quæ ad Regularem disciplinam apud Recollectos usitatam expectant.

226. Item decernitur, quod juxta petita; FF. Laici Provinciarum Recollectarum Galliæ, & præsertim Britaniæ, possint, & debeant in inferioribus Chori sub sellis non occupatis per Clericos, horis diurnis, & nocturnis Divino assistere Officio.

227. Examinata per Diffinitorium Generale appellatione F. Candidi Carton, Laici, Provinciæ S. Dionysii Recollectorum in Gallia, à sententia lata contra ipsum per Diffinitorium dictæ Provinciæ, die 27. Februarii 1666., remisit totum negotim ad itum Rmi in Galliam, & interim censuit, quod Minister Provincialis dictæ Provinciæ non possit, remittere dictum F. Candidum Carton, in Provinciam S. Antonii, noviter erectam; sed rettinere in ipsa Provincia. Hæc sunt Acta Diffinitorii Generalis, quæ non sunt typis data, in quorum fidem subscripsi Matriti die 30 Augusti 1670. F. Patritius Tyrellus, Diffinitor Generalis, & Diffinitorii Generalis Secretarius.

Appellatio Candidi Carton à sententia Diffinitorii S. Dionysii.

228. Item in eodem Generali Archivo in Scrinio Provinciæ S. Dionysiii manip. 1, num. 14. reperitur Libellus, cujus titutus: Veridi-

ca

Veridica Relatio gestorum à P. Allart.

ca relatio in causa P. Germani Allart, Provincialis S. Dionysii Recollectorum, suique Diffinitorii, à principio suæ rebellionis usque ad finalem ejusdem terminationem. ibi.

229. Cum ex præcepto Regulæ S. P. N. S. Francisci, Ministri, & Custodes Provinciarum teneantur sub mortali interesse Capitulis Generalibus Ordinis, & ejusdem Statuta sanciant pœnam privationis Officii in eos, qui legitimè non impediti, ad illa Capitula ire prætermittant, hujus præcepti transgressio, & pœnæ appositæ formido, dictum P. German. Allart, ceu abysus abysus invocat, in plures præcipitarunt lapsus, etenim non solum ipse ire, renuit ad Capitulum Generale Vallisol. ultimo celebratum 24. Maii anno 1670; sed etiam alios ab itu avertere, conatus est, & effectivè suum detinuit Custodem: Quapropter Diffinitorium Generale declaravit, utrumque dictam pœnam privationis incurrisse, ac Rmo P. Ministro Generali commendavit, ut de dicti P. Allart. regimine inqnireret: Quoniam ad aures Diffinitorii ejusdem Generalis delatum erat, fuisse valdè tyrannicum.

Allart ante intimationem Decreti appellat ad Consilium Regium.

230. Ut autem P. Allart dictam pœnam evaderet; ante hujusmodi Decreti promulgationem, & intimationem, ab eo appellavit, tanquam ab abusu ad Consilium Regium, porrigendo libellum plurimis mendaciis. seditionem redolentibus plenum.

Obtinet Rescrip. ut Romæ intra 6. menses prosequeretur.

231. Obtinuit rescriptum, ut Romæ intra 6. menses suam prosequeretur appellationem: Et advento Parisios Rmo in Christo Patre F. Francisco Rhini de Politio, totius Ordinis Minorum Ministro Generali, illam fecerat, intimari per Apparitorem sæcularem, cum per se, vel alium Religiosum sufficeret eandem insinuare.

S. Congreg. rescripsit Revmo Rhini, uteretur jure suo, contra Allart.

232. Verum sivè Romæ prosecutus sit, sivè non suam appellationem, ab elapso termino S. Cardin. Congreg. rescripsit, ut ea in causa, Rmus uteretur suo jure, contra P. Allart; qui tamen dissimulatione Rmi nihil melior factus, sed potius, hoc inordinato prorsus procedendi modo, incurrit censuras, latas à Summis Pontificibus contra Religiosos recurrentes ad tribunalia sæcularia. Incurrit etiam pœnas appellantium, non expectata sententia Judicis à quo, quæ nondum illli fuerat intimata: Incurrit quoque pœnas temerè appellantium à justis, & regularibus pœnis, qualis est illa privatio, si effectivè foret implicata. Et tandem suam coronavit temeritatem infradicendis excessibus, &c.

233. Item in dicto manip. reperitur transumptum literarum patentalium Rmi Ministri Generalis Rhini, tenoris sequentis: *Cum in Capitulo nostro Generali Vallisol. celebrato 24. Maii anni elapsi 1670. in regulatione, & legitimatione Vocalium, juxta morem, & debitum præmissa electionibus in eo factis, Diffinitorium Generale declaraverit P. F. Germanum Allart Proviciæ nostræ S. Dionysii Recollectorum, Ministrum Povincialem, & ejus Custodem incurrisse pœnam, per nostras Constitutiones Generales Statutam in Ministros, & Custodes, non euntes ad Capitula, vel Congregationes Generales, privationis, scilicet, suorum officio; eo nimirum, quod non adiverint dictum Capitulum Generale, nullaque sufficiens causa, vel excusatio eorum absentiæ exposita dicto Diffinitorio Generali; nobis vero ab inde innotuerint plures rationes, & causæ illorum excusatoriæ,* illas-

illasque mature perpenderimus, ac insuper P. Germanus renunciaverit appellationi a sententia declaratoria Diffinitorii Generalis interpositæ ad S. Congreg.: Ea propter tenore præsentium declaramus, ipsum, & suum Custodem non incurrisse dictam pœnam; & quatenus opus est, ac ipsi indigent in illa misericorditer dispensamus, ac ipsos in suorum officiorum exercitio, & usu legitimamus, & confirmamus; at ne, allegata pro ipsis in dicto Capitulo Generali excusatio (videlicet, quod non fuerint per originales literas patentes Rm̃i Ministri Generalis nostri Prædecessoris ad ipsos specialiter directas convocati) in exemplum transeat aliorum, in contemptum præcepti Regulæ nostræ, & Constitutionum Generalium Ordinis, declaramus, illa non sufficere, nec valere Ministos, & Custodes eximere ab obligatione adimplendi dicti Regulæ præcepti, & Constitutionum nostrarum desuper editarum: Cum sufficiat, ut certo aliquo modo constet Vocalibus tempus, & locus celebrationis Capituli, vel Congregationis Generalis, ad quæ ire, tenentur.

Innotuerunt Rm̃o Rhini aliquæ causæ excusatoriæ, & quia P. Allart renuntiavit appellationi interpositæ, quatenus opus erat dispensavit, declarando ad citandum sufficere, quod aliquo modo certo constet Vocalidus, tempus, & locus Capituli.

234. Item in Regesto ipsius Rm̃i Rhini exarato à Secretario linguarum ab anno 1670. usque ad 1674. quod servatur in hoc Generali Archivio Matritensi pluteo 3. num. 12. sub tit. Provincia S. Dionysii Recollectorum, ibi: 1. Aprilis 1671.: Literæ patentales, in quibus declaratur, quod P. Provincialis, & Custos habuerunt legitimam causam pro sua absentia à Capitul. Generali, & relaxat pœnas applicatas à Diffinitorio Generali. Et declarat Rm̃us Minister Generalis, non esse causam sufficientem ad non accendendum, non recipere literas convocatorias Capituli Generalis, cum constasset de tempore, & loco Capituli. Hucusque Regest.

Quod & constat ex regesto Rhini.

235. Item in eodem Armario Provinciæ S. Dionysii manip. cit. num. 6. habetur transumptum Epistolæ Rm̃i Ministri Generalis Cremonæ, scriptæ contra prætensionem P. Allart ad quemdam R. P. Ministrum Provincialem Galliæ, noviter electum, ibi: Cætera motiva juris, Statutorum Ordinis, & Bullæ Leon. X. tanquam tibi, & omnibus nota, quibus unicus Prælatus, nimirum Commissarius Generalis Familiæ, cui non tantum communi lege, verum speciali compromisso, & præmio Diffinitionis Generalis, Gallicæ Nationi concessæ tam per leges Barchionenses, quam per exinde conditas, vos omnes subjecistis, stabilitur, omitto, solummodo rogo P. V. suum conamen impendat, quatenus hujusmodi prætensio usque, ad Capitulum Generale, differatur.

Rm̃us Cremonæ scribit; omnibus notum esse, communi lege, & speciali compromisso, & præmio Diffinitionis Generalis omnes Gallos se subjecisse Commiss. Generali Familiæ.

136. Ibi reperitur aliud transumptum Epistolæ Scriptæ ad undem Rm̃um Cremonam pro parte Provinciarum Galliæ, quę sunt Recollectorum, humiliter repręsentantium, ibi: Nullatenus consentiendum prętensioni P. Germani Allart, vel Hyacinthi Le Feure: Quia sine communicatione interesse habentium Regias instantias solicitarunt, Regios Ministros commoverunt... exemplum peximum Observantibus, Cordigeris, Tertiariis in Gallia, Discalceatis in Hispania, & aliis Regnis, & Nrtionibus idem tentandi, postulandi, & habendi prębentes... si dictus P. Germanus Allart, quando Provincialis, numquam dederit minimum Signum suę obedientię, mandatis *RR.* Generalium Salizanes, & Rhini ab ipso pluries spretorum: Si ad Capitu-

Provinciæ Recollectæ Galliæ scribunt ad Rm̃um Cremonam, quod Germanus Allart ad Capitulum Generale accedere contempserit &c.

pitu-

pitulum Generale contra pręceptum Regulę accedere, contempserit: Si spretis mandatis Rmi Rhini, suam Congregationem celebraberit: Si ab ipso Rhini ob inobedientię crimen excommunicatus extiterit: Si hanc excommunicationem spreverit, si absolutionem ab eodem Generali recipere, negaverit, & pro ea recipienda ad Episcopum Parisiensem recurrerit, quousque tandem a clementia ejusdem Regis Christianissimi, & ab eodem Archiepiscopo mandatus, & ad Episcopale Palatium ductus, & ad obediendum constrictus, fuerit publicè authoritate ejusdem Rmi Rhini absolutus: consideret igitur R. P. V. si hęc omnia successerint, prout defacto successerunt dicto Patri Germano Allart, quando Subditus, quando Religiosus privatus, & Provincialis, quid non timendum, si ad apicem prętesi Vicariatus Generalis ascenderet? Quapropter ut Rma P. V. omnes, non tam Galliarum Provincias, quam cęteras aliarum Nationum in obedientia suę Regulę, Apostolicarum, *& Generalium Ordinis Constitutionum, conservet*, expedit, ut omnem novitatem odiosam, onerosam, & damnosam compescat, & Sanctam vetustatem, & unitatem in Ordine, Provinciis, & Nationibus conservet, nec quidquam inconsultis Provinciis Gallię, & Comitiis Generalibus tentari, permittat: Quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.

Et Rogant conservet easdem Recollectas Provincias in obedientia Apostolicarum & Generalium Ordinis Constitutionum.

Juxta Annales Provinciæ S. Dionysii simulatè P. Allart pergit Rupellam.

237. In eodem Scrinio Provinciæ S. Dionysii manip. 1. num. 1. reperiuntur Annales dictæ Provinciæ à Rmo Ministro Generali conscribi mandati, & à selectis Provinciæ Patribus examinati, per totum Diffinitorum in Comitiis Provincialibus sua authoritate coufirmati, & subscripti, & sigillo Provinciæ muniti 2. die Julii anni 1680. misi ad Rmum Ministrum Generalem pro continuatione Annalium Ordinis ibi: Ad annum 1670.: In hac Congregatione annua, habita in Conventu Parisiensi 3. Aprilis 1670. ultra solita duo ordinata sunt: 1. Ut dicta Missio Canadensis, juxta Patentes Regis duceretur. 2 Quod Provincialis mitteret sub Præside 20. Religiosos pro Regio exercitu. Germ. Allart, simulato si quidem intimo proposito, & specie quidem assumpta, nostras Nanavetenses Clarisas pro suo officio visitandi, finita Congregatione Nanavetas proficiscitur, ex inde Rupellam, ubi acepto mandato Christianissimi Regis, ut ad novæ Franciæ Regionem proficisceretur, scilicet, Canadam, instituit in absentia Commissarium Provincialem cum plenitudine potestatis Hyacinthum Le Feure, Diffiaitorem actualem Rupelæ 20. Maii 1670. Et omnibus Canade rectè, ac integre ad perfectam missionem dispositis, R. P. Germanus, circa finem Decembris hujus anni, in Provinciam reversus est. In quorum fidem propria manu subscripsi die 20. Aug. anni 1749.

Fr. Gabriel Garcia Tapiador,
Lect. Jub. & Archiv. Gralis.

Constat Vocales Recollectos accessisse ad Capitul. 1670.

238. Ex quibus sequitur primò constare non solum ex legitimatione Vocalium, sed etiam ex tot Decretis, expeditis pro gubernio Recollectorum Provinciarum Galliæ, ipsos accessisse ad dictum Generale Capitulum 1670.; & solum defuisse Vocales Provinciæ S. Dionysii, qui solum declarati fuerunt incursi in pœnas non accedentium ex Decreto authentico, & originali, posito num. 221., & etiam ex veridica ralatione causæ Germanii Allart, num. 229.: Item ex literis patentalibus Rmi Rhini, num. 233.: Item ex suo Regesto, num. 234. & re-

& relatione facta à Provinciis Recollectis ad Rm̃um Cremonam contra prætensionem P. Allart, num.236.

239. Sequitur etiam, quod absentia Vocalium Provinciæ S. Dionysii fuerit prætextata, eo quod Germ. Allart, non solum ipse ire renuit, sed & alios ab itu avertere conatus est; & affective suum detinuit Custodem, quod & ipsa Provincia Recollecta satis confitetur num.237.: Siquidem in Congregatione habita 13. Aprilis 1670. nihil disposuit de accessu ad Capitulum Generale, sed ultra solita, solum de Missionibus Canadæ, & exercitus Regii: Et P. Allart, finita hac Congregatione, *simulato intimo prorosito, specie assumpta suas Charisas visitandi, profectus est. Nanavetas*: Et ex inde Rupellam, ubi die 20. Maii: ut proficisceretur Canadam (sine Diffinitorio, ut debuit juxta Constitutiones Generales 1639. & 1651.) propria authoritate in sua absentia Commissarium Provincialem instituit, eodem die, in quo Vallisoleti fuit à Diffinitorio Generali declaratus, incidisse in pœnas non accedentium ad Capitulum Generale.

Absentiam Vocalium S. Dionysii fuisse prætextatam.

240. Ex quibus etiam facilè cognoscitur, quare Pro-Minister Artensiæ solus, ut Procurator Provinciæ S. Dionysii, ipso die Capituli, nempe 24. Maii, appellaverit (si verum est quod appellarit) a Decreto Diffinitorii Generalis, quod erat in Vocales absentes Provinciæ S. Dionysiii, cum enim tale Decretum Diffinitorii fuerit expeditum 20. Maii, jam erat tempus opportunum appellationi; non verò ad appellandum supra conditiones, quibus Diffinitores Generales erant multiplicandi: Multiplicati enim fuerunt, ut inquit Gubern. tom.1. pag.379. electo in ipsis Comitiis (dicto die 24.) Francisco Maria Rhini de Politio in Generalem Ministrum, nec protestatio contra Decretum Diffinitorii erat admittenda, quia à justis, & Statutis pœnis temerè appellatur, & fuisset frivola.

Quod appellatio erat à pœnis incursis ob voluntariam absentiam Vocalium S. Dionysii.

241. Sequitur secundò, quod qui appellavit, ut pœnas absentiæ evaderet ante hujus Decreti intimationem, fuit P. Allart, vel cum iste adhuc esset Canadæ, non enim regressus fuit usque ad finem hujus anni, ejus Commissarius Provincialis Hyacinthus Le Feure pro Patre Germano, & appellavit à Decreto Diffinitorii Generalis, tanquam ab abusu ad Consilium Regium; & obtinuit Rescriptum, ut Romæ intra 6. menses suam prosequeretur appellationem; verum sive Romæ fuerit prosequutus, sive non, suam appellationem, ab elapso termino, S. Cardin. Congreg. rescripsit, ut ea in causa Rm̃us uteretur jure suo contra P. Allart, ut in num.233.

242. Generalis vero Minister pacis amator, ne prospere incepta 8. Provinciarum reformasio, sperato fœlici exito frustraretur, scandalizareturque gravissimus dictarum Provinciarum Congressus, violentiis P. Allart, voluit omnia pacifice componere, quin, & parcere pœnis, quas ex declaratione Diffinitorii incurrit, suppposita renunciatione appellationis interpositæ ad S. Congregationem à sententia declaratoria Diffinitorii Generalis, & Rescripti obtenti a Consilio Regio, ut intra 6. menses suam prosequeretur appellationem.

Rm̃us Rhini pepercit pœnis pro bono pacis.

ARTICULUS XV.

In quo ulterius examinatur materia hujus appellationis.

243. A R.P. Gravois indicat in Restricto num.8., materiam hujus appellationis fuisse Statutum Vallisol., ibi enim ait: *Emanavit Decretum, quo sua Majestas præcipiebat Hyacintho Le Feure, ut ad S. Sedem pro annullatione præfati Statuti recursum faceret. & in eodem num. inquit: Reverendissimus Rhini promisisset: dictum Statutum executioni demandandum nullimode fore. Et num.13.: Regem prohibuisse, ne fieret in Gallia mutatio occasione Statuti Vallisoletani.*

Summarium ex Historia Chron. Recollect.& etiam m.s. repertum in Archivo Procuræ Recollectorum, dicunt appellationem fuisse contra Decretum;& ita debet intelligi in Restricto ejus Author.

244. At cum in Restricto referatur ad Summarium, & Summarium nullibi dicat, appellationem fuisse contra Statutum, vel Statuta Vallisol., sed contra Decreta, & Decretum Vallisoletanum ex Historia Chronologica Recollectorum, typis data anno 1677. (quamvis, & hoc ommittatur in Annalibus ejusdem Provinciæ, missis ad hoc Generale Archivum Matritense anno 1680.) imò etiam manu s. ex Archivo suæ Procuræ citatum afferat: *Nihil virtute talis Decreti attentatum est*, appellatio cadebat supra Decretum Diffinitorii Generalis, quod declaravit Vocales S. Dionysii incurrisse in pœnas absentium à Capitulo sine causa, & super regimen P. Allart, quod delatum fuit ad Diffinitorium Generale esse tyrannicum.

Commissarii erant deputandi in partes tantum ad verificandum, an habuerint Vocales legitimam causam absentiæ.

245. Quod, & significat m.s. in Archivo suæ Procuræ citatum à R. A. P. Gravois, dicens: *Appellationem prosequi non licuisse, quia ad illam judicandam erant Commissarii in partes Galliæ deputandi.* Quia Commissarii ad partes Galliarum erant deputandi ad verificandum, an Vocales Provinciæ S. Dionysii habuerint, in rei veritate, causam legitimam, & sufficientem pro sua absentia à Capitulo Generali: Et an male administraretur talis Provincia, guberniumque P. Allart esset tyrannicum; at ad declarandam quæstionem juris, nempe, an Recollecti Galliæ teneantur, obedire Commissario Generali Familiæ, juxta declarationem Capituli Generalis, è Roma Commissarii non erant deputandi in partes Galliæ, & A. R. P. Gravois nunc vult, quod decidatur hæc quæstio Romæ, sine tali deputatione.

Provincia S. Dionysii relinquitur in eadem regiminis forma.

246. Et Rmus Rhini propter motiva dicta num.242. pepercit Vocalibus S. Dionysii pœnas, quas ex declaratione Diffinitorii Generalis incurrissent, & noluit, alterare regimen Provinciæ S. Dionysii per privationem Provincialis, & Custodis à suis officiis: Imo eos in illis confirmavit, ne aliquid deterius contingeret, contra bonum totius Religionis, & in eadem derelicti sunt regiminis forma, ut provisionaliter præcipit sua Majestas.

Declarationes non egent nova placetatione.

247. Num.9. Restricti addit R. A. P. Gravois, loquendo de Statuto: *Ad hoc* (id est ad ejus observantiam) *necessariam esse talium novitatum in Regio Consilio, & in Parlamentis placetationem*: Respondeo, quod Constitutio Vallisol. anni 1670. est tantum declarativa, ait enim: *Omnes Galliarum Provinciæ in præsenti Capitulo declararunt etiam scripto, se admittere velut suum legitimum Prælatum Commissarium Generalem Familiæ, secundum Bullam Unionis electum.* Ergo non fuit nova dispositio in hac parte, cum declaratio nihil

nil novi ponat, ut dictum est à num. 173. & seqq., & hoc Statutum sit declaratio: *Omnes Galliarum Provinciæ declararunt*: declarationes autem legum jam publicatarum, receptarum, & placetatarum non egent nova publicatione, cum jam simul cum lege declaratio fuerit acceptata, & placetata Montal. tom. 2. cap. 16. art. 4. num. 10. Et P. Cassaing. part. 1. tr. 1. cap. 1. prop. 11. quamvis propugnet Concilium Trident. non esse in Gallia receptum, advertit tamen, quod Constitutiones Concilii Trident. quæ declarant aliqua de Jure Divino, de quibus antea, an essent Juris Divini dubitabatur, quales sunt contra Luteranos, & Calvinistas, cæterosque hæreticos, sancita sunt; nec dubium esse, quin quoad istas Constitutiones Concilium Trident. receptum sit, & obliget Gallos, cum certum sit illas non esse novi juris introductiones, sed antiquas, vel antiqui juris declarationes.

248. Qua ratione dicitur, declarationes Cardinalium S. Concilii Trident. Interpretum, quæ non faciunt jus novum, sed tantum præexistens declarant, ejusque mentem, & genuinum sensum explicant, non indigere speciali publicatione Reiffenst. lib. 1. Decret. tit. 2. §. 5. num. 132. Et in proœmio §. 8. etiam num. 132. ex Barbosa, Rod. Mirand. & aliis ab ipso cit. cum Fagn. Bart. Imol. & Bald. in simili dicente; Quod in declarando Testamento, non requiritur eadem solemnitas, quæ in constituendo: Nihil enim qui declarat aliquid obscurius in Testamento positum, nunc dat, sed datum significat.

Nec Cardinalium S. Concil: Interpretum non facientes novum jus.

249. Cum ergo confessio Vallisoletana, facta ab omnibus Provinciis Galliarum non sit constitutiva legem novam condens, vel jus novum constituens in hac parte, sed declarativa legis antiquæ Bullæ Unionis, *declaramus*; non egebat acceptatione Provinciæ S. Dionysii, nec nova acceptatione Regia, cum declaratio retrotrahatur ad tempus conditæ legis, scilicet, Bullæ Unionis, quæ millies est placetata à Rege Christianissimo.

Ut est declaratio Vallisol.

250. Leo enim X. in Bullla Unionis instituit Commissarium Generalem super omnes Fratres ejusdem Familiæ, Regulam S. Francisci pure, & simpliciter observantes, ab Orbis universi Regibus, & Principus, specialiter à Christianissimo, pluries, & efficacius exotatus, ut testatur ipse Leo in dicta Bulla; At quando adest petitio, vel supplicatio partis, vel ejus Procuratoris, statim adest ejus acceptatio, mutuusque hìc inde consensus: Ergo dum ex parte Regis Christianissimi stetit pluries, & efficacius exoratio ad Leonem X. & ex parte istius concessio, etiam firma mansit placetatio juxta tradita à Reiffenst. lib. 5. Decret. tit. 33. §. 2. num. 46. & seqq.

Rex Christianissimus placetavit Bullam Unionis, & pro firmo est tenenda.

251. Quod autem semel acceptavit Rex pro firmo haberi debeat, constat ex tex. in l. si Imperialis C. de leg. & const. Princ. Reiffenst. cap. 2. de Reg. jur. in 6. Reg. 16. n. 5. & Reg. 21. *Quod semel placuit, amplius displicere non potest*. Tum quia maxime convenit Principi illud Psal. 61. Vers. 12. *Semel locutus est Deus*. Et illud Pilati: *Quod scripsi scripsi*. Joann. cap. 19. v. 22. Cum Reges *habere* debeant unam linguam, & unum calamum atque immobiles esse, instar lapis angularis, aut Poli in Cœlo inquit Reiff. cit. cum aliis, præsertim, quia cuivis viro bono, & multo magis Principi turpe, ac probrosum est esse inconstantem, ac infidelem in dictis, & promissis.

252: Quare, qui impugnat authoritatem Commissarii Generalis

Qui impugnat Authoritatem Commissarii Generalis Familiæ irreverenter, & inattentè se habet erga Christianissimam Majestatem.

Familiæ, minus reverente, & attente se habet, quam decet, circa Christianissimam Majestatem: Vult enim ex parte sua, omnino impedire finem à Christianissima Majestate intentum in materia gravissima, & conatur frustrari solicitudinem Regis Christianissimi, & quod sit otiosa (quod nefas est cogitari) solicitudo Regis Christianissimi pro gubernio tot Provinciarum sui Regni.

Juxta placetatum, & mandatum Regis Christianissimi tenentur Recollecti ad Statuta Generalia strictiori observantiæ non contraria.

253. Præterea Bulla Gregor. XIII. *Cum illius vicem*, extensa ad Recollectos Galliæ à Clem. VIII. à Regibus Christianissimis fuit placetata, & milles ejus observantia demandata, ut testatur R. A. P. Gravois, & hæc Bulla num 15. inquit ibi: *Volumus tamen quod si in Capitulis Generalibus, Constitutiones aliquæ vel Decreta præsentibus literis, & huic observantiæ strictiori non contraria; sed quæ magis ei favere, videantur, ordinata fuerint, Reformati ea observare, omninò teneantur*: Ergo juxta Regis Christianissimi placetatum, & mandatum Recollecti Galliæ observare, debent omnino Statuta Generalia, suæ strictiori observantiæ non contraria, quale est Statutum Vallisol. utpotè, factum, ne Familia Recollecta Galliæ debito rigiminis destituatur beneficio.

Tota Natio admittit Commissarium Generalem Familiæ, & Aquitaniæ Provincia admittitur à Ministro Generali ad normam Leoninæ Constitutionis, à Rege Christianissimo exorato.

254. Ideò ab exordio suæ institutionis, ut indubitatum, & ordinarium Prælatum in sua Familia eadem inibi jurisdictione, qua Generalis gandet in universo Ordine admissit Commissarium Generalem Illustris Natio Gallicana, præcipuè ann. 1518.: Sub Vincencio Lunello ante annum 1540. In Mantuan. 1541. 1631. 1670., ut dicunt Gubern. tom. 1. pag. 278. num. 7. & Chronologia Seraph. pag. 269. & 646. vide supra n. 29. Imò in Congregatione Generali totius Familiæ habita Tolosæ 1532. fuit Præses ex officio, non expectato ordine Ministri Generalis, quod factum supponitur à Rege Christianissimo placetatum. Et eodem anno Minister Generalis à Galliæ, atque Navarræ Regibus sæpè rogatus, integram Aquitaniæ Provinciam ad sui obedientiam ad normam Leoninæ Constitutionis excepit, ut affert Gubern. tom. 2. pag. 539. num. 101., & consequenter cum obedientia etiam ad Commissarium Familiæ.

A placetatione excipiuntur solita.

255. Et notandum, quod in Arresto Regio 30. Sept. anni 1675. Rex pronuntiaverit, quod nullus Religiosus exercebit Commissiones P. Generalis sine facultate obtenta à Christianissima Majestate, tamen ibi fit exceptio sequens, videlicet: *Exceptis Commissariis Visitatoribus, qui solent mitti pro celebratione Capitulorum*. Non ergo omnia Decreta de foris advenientia debent, esse placetata, ut vul R. A. P. Gravois, sed tantum Decreta extraordinaria, non ordinaria & solita, ut indicant verba illa: *Qui mitti, solent*. Imò leges Pontificiæ, & Ecclesiasticæ, si ad universum Regnum non spectant, vel si expectant minimi sunt momenti sortiuntur suum effectum absque eo quod Regi præsententur, ut declaravit Senatus Supremus Parisiensis in suo placito die 15. Maii 1647. emanato: Teste Chassaing, ex Ministro Provinciali Conceptionis Aquitaniæ Recollectorum de Privil. Reg. part. 1. trat. 1. cap. 1. propos. 11. quamvis quæ sunt maximi momenti, & bono communi Regni, aut ejus privilegiis damnum non leve inferunt, Regi debeant præsentati.

Ludov. XIII. se explicavit.

256. Et Ludovicus XIII. jam antea respondens Rm̃o Merinero declaravit apud Gubern. tom. 1. pag. 595. num. 34. ibi: *Nec suam, nec suo-*

suorum prædecessorum intentionem unquam fuisse novitates ullas in præjudicium Regularis observantiæ, vel introducere, vel fovere. Alias ad quid R.A.P. Gravios recursum fecit è Roma ad Regem Christianissimum, ut impediret executionem facultatis datæ à Rmo Torre pro celebratione Congregationis suæ Provinciæ, si talis facultas debebat placetari, ut executioni demandaretur, & non admittuntur Commissiones datæ à Commissario Generali Familiæ?

Ad quid fit recursus contra litteras Rmi Torre.

257. Imò occasione reformationis introducendæ in Provinciis Galliæ sunt expresse à Rege Christianissimo Ludovico Magno statnta Vallisol. anni 1670. Placetata. In hoc Capitulo Generali titulo pro Natione Gallicana Capitulum quinque puncta disposuit circa dictam Nationem. Primo: Roformatio Provinciarum Galliæ, & magni Conventus Parisiensis, quod executioni demandatum fuit à RR. Rhini, & Samaniego juxta Arrestum Regis Christianissimi anni 1675. 30. Septembris.

Statuta Vallis.1670 expresse à Ludovico Magno fuerunt placetata quo ad num.1.

258. Dictum Generalem Capitulum num.2. disposuit, quod Aquitania potius servet titulum *Recentioris*, quam *Majoris*: Et hic stylus observatur etiam ab ipsa Provincia Aquitaniæ Recentioris, ut constat ex tabellis Capitulorum Provincialium ipsius Provinciæ: Et in scripto facto à R. P. Alexandro Dumont P. Provinciæ de mandato ipsius Provinciæ, & misso ad Rmum Samaniego pro continuatione Historiæ Religionis, fatetur, quod hæc Provincia præter sibi peculiaria Statuta Barcinon. amplectitur, Segov. anno 1621. recognita manip.1. num.2. & P. Joann. Delvalat, qui voluit vocare suam Provinciam Magnam fuit repudiatus, libello docto typis dato, à Turonia Antiquiori.

Item quoad 2.

259. *Num.3. Capitulum* 1670. ibi: Declarat *Dissinitorium Generale tres Conventus Recollectionis, noviter assignatos in Provincia Magna Franciæ, necnon alios tres in Provincia Turoniæ Majoris pro Recollectione subiici visitationi, & correctioni Ministrorum Provincialium earundem respective Provinciarum.*

Item quoad 3.

260. Et orta, vel continuata controversia magna inter rbservantes, & Recollectos præcipuè Custodias S. Joan. Bauptistæ, S. Petri, S. Marcialis, & Assumptionis jus suum dixerunt coram Episcopo Parisiensi, & Commissariis nominatis à Parlamento: Et præsentarunt pro parte Custodiarum, pro independentia à Provincialibus ex Rapineo literas patentes Regis Henrici laudantes, & aprobantes Reformationem, & Bullam Clem.VIII. *Pro injuncti* anni 1601.: Arrestum magni Consilii, anni 1606.: Ordinationem Consilii, & Arresti Curiæ ordinantem, erectionem Custodiarum independentium, secundum Bullas Clem.VIII. & Urb.VIII.

261 Ex altera vero parte fuit præsentatum exemplar collatum ad Architypum concordati, acti Romæ inter Patres Provinciales Magnarum Provinciarum, & Recollectos, qui promiserunt, se non amplius invasuros Conventus eorum, confirmatum a Paulo V., executioni demandatum a Cardin. Varali, cum lit eris patentalibus suæ Majestatis, in eosdem fines 2. Januarii 1614.: Statuta Generalia Segov. 1621. folium Constitutionum 1625., 1633., 1658. continens, quod Conventus Reformationis debent esse in omnibus rebus subjecti jurisdictioni Provincialium, nec petant Custodem independentem:

Breve Papæ 28. Sept. 1674. confirmans Decretum Card. Barberini, prohibentis erectionem Custodiarum virtute Brevis Clem. VIII., cum dictæ erectiones finitæ fuerint anno 1612., & ne fiant ullæ in virtute illius Urb. VIII. nisi sint dependentes, confirmans Decretum Capituli Generalis, celebrati anno 1670. supra positum tit. pro Natione Gallicana num. 3.

262. Nunc quæro, quare Custodiæ Recollectæ tunc immediate ad Capitulum 1670. non reclamarunt allegantes, & probantes illud Decretum, positum pro Natione Gallicana num. 3. fuisse chimericum, delusorium, factum contra Leges Apostolicas, & Constitutiones Nationales, reprobatumque ab ipso Christianissimo Rege, sicut nunc post longa tempora insurgit R. A. P. Gravois contra decretum positum num. 4. sub eodem tit.? Respondeo, quod non reclamarunt tunc, quia de veritate recenti constabat, ita non esse. Et denique postquam pluries utraque pars audita fuit coram Dominis Commissariis.

Pronuntiatum Regis in judicio contradictorio juxta Decretum Capituli Generalis 1670.

263. Juxta Decretum Capituli Generalis 1670. *Exivit pronuntiatum Regis Christianissimi pro Reformatione instituenda conformiter ad Statuta P. Generalis anno 1670., & quod Commissarius Reformatorum habebit omnem authoritatem, sub authoritate Provincialis.* Actum in Consilio Status Regii, Majestate sua ibidem præsente, habito Bersalii 30. Sept. anno 1675. signatum. Le Tellier. Et iterum Rex Christianissimus confirmavit, & jussit, observare Decretum Capituli 1670. positum num. 3. eodem anno 1675. & 1680. & canonizaverunt Ministri Generales, Protectores Ordinis, & Sede Apostolica.

Declaratio Diffinitorii Generalis ad idem.

264. Et denique in hoc Archivio Matritensi in Scrinio Provinciæ Turoniæ Pitaviensis num. 27. servatur testimonium subscriptum à Secretario Generali Ordinis, a P. Guerra, Secretario Diffinitorii Generalis, & a P. Bruno Archivista Generali, Decreti dati a Diffinitorio Generali 1694. tenoris sequentis: *Lecta petitione coram Rmo Ministro Generali, ac Reverendissimis & AA. RR. Patribus Capitulariter congregatis, Diffinitorium Generale declaravit, ipsos Patres Recollectionis Provinciæ Turoniæ Pitaviensis servare, debere Statuta Segov. pro Recollectis Hispaniæ edita.*

Etiam observatur n. 5. Decreti 1670.

265. Num. 5. dictum Generale Capitulum 1670. disponit, quod Moniales non possint esse Scrutatrices in electionibus Abbatissarum, quæ omnia observantur, & sunt admissa, & acceptata in Gallia.

Dum Rex placetat omnia disposita in Capit. 1670. pro Natione Gallicana sub num. 1. 2. 3. & 5. etiam sub n. 4. contenta, quia voluit introducere Reformam juxta Ordinis Constitutiones.

266. Et dum Rex Christianissimus placetavit omnia disposita in dicto Generali Capitulo Vallisol. sub tit. pro Natione Gallicana numer. 1. 2. 3. & 5. etiam dispositionem, & declarationem factam numer. 4.: Quia Rex Christianissimus placetavit hæc omnia, & Reformationem 8. Provinciarum, & magni Conventus Parisiensis juxta Bullam Clem. VIII. 5. Julii 1670., quæ fuit expedita ad instantiam Regis Christianissimi, ut fieret juxta ejusdem Ordinis Regulam, & Constitutiones in omnibus Conventibus constitutis in Regno Galliarum, ut inquit Bulla, ibi: *Cupientes in eisdem Provinciis, Monasteriis, Conventibus, aliisque locis Regularibus dicti Ordinis in præfato Galliarum Regno constitutis, Regularis disciplina, ubi collapsa est, restituatur, & ubi viget firmius perseveret... piisque Christianissimi Regis votis annuere volentes... tibi per præsentes committimus juxta ejusdem Ordinis Regulam, & Constitutiones modis congruis restituas.* Ideo in Con-

Congregatione habitahabita Parisiis 1671. in magno Conventu Parisiensi sess.1. num.4. ibi: *De cætero admiserunt Patres unanimiter Constitutiones Barcin. Seg. anno 1631. recognitas.*

267. Et Sess.3. num.3. concluserunt: *Maximopere in vigilandum observationi promptissimæ obedientiæ Summo Pontifici, & Prælatis maxime Generalibus Religionis.* Et num.4. ibi: *Universi potestati sunt mandata Apostolica, & Prælatorum uti, & Statuta Generalia adstringere in conscientia quoscumque Fratres respective.*

268. Et in Archivio Generali Matsitensi sub tit. Curia Regis Christianissimi, manip.4. num.69. habetur mandatum Regis Christianissimi pro omnibus sui Regni Recollectis, ut nullus eorum audeat cum obedientialibus Prælati Generalis ex sua Provincia ad extraneas extra Regnum absentiam facere, sine consensu sui Provincialis vel scitu, *contra Constitutiones Generales Ordinis*: Si ergo toties observantia Constitutionum Generalium Ordinis demandatur a Rege Christianissimo, & specifice observantia Decreti Capituli Generalis Vallisol. celebrati anno 1670. tit. pro Natione Gallican. n.3.; sine fundamento, & falso dicitur Decretum dicti Capituli positum sub eodem tit. num.4. non fuisse placetatum; præterquam non egebat nova placetatione, cum sit declaratio antiquæ Leoninæ legis. Vide num.247. & num.248.

Mandatum Regis ut non exeant e sua Provincia contra Constitutiones Generales Ordinis.

269. Ex quibus sequitur, quod cum Decretum Capituli Generali 1670. num.3., in quo subjiciebat Domos Recollectas Ministris Provincialibus Observantiæ, non comprehendebat Provincias Recollectas Galliæ, nihil innovatum fuit, nec a Capitulo Generali, nec a Reverendissimo Rhini de gubernio Provinciarum Recollectarum, & ideoverum est, quod affertur in Summario num.8. lit. B. videlicet: Nihil virtute talis Decreti (dicti Capituli Vallisol.) adversus jura Provinciarum Recollectorum attentatum esse, & in eadem derelictas esse Provincias Recollectas regiminis forma, quam ab antiquis acceperant, nempe cum independentia a Provincialibus Observantiæ.

Capitulum 1670. n.3. uon loquitur de Provinciis Recollectis, & nihil quoad eas fuit innovatum.

ARTICULUS XVI.

An Provinciæ Recollectæ Galliæ obtinuerint a suis Prælatis Generalibus, ut Statutum Vallisol. Quoniam, *non mandetur executioni.*

270. R. A. P. Gravois in suo Restricto num.8. inquit: *Cum postea Reverendissimus Rhini de Politio nostris promisisset Provinciis, dictum Statutum executioni demandandum, nullimode fore, nihil aliud actum est.* At P. Duflos apud Bullarium Discalceatorum tom'4.pag.134. num.303. dicebat: *Illud judicium in gradu appellationis prosecutum non fuit, quia Commissarius Generalis a sua prætensione desistens... nihil prorsus attentavit.* Nota varietatem relationis.

Expositio partis non facit jus.

271. Præterquam allegatio, vel expositio partis non facit jus, prout cum pluribus affert Barb. tom. Variar. tract. ax. 20. ubi docet: *Quod allegare nihil, & allegatum non probare paria sunt*; siquidem quisque debet, probare quod in expositione, seu allegatione adducit: Allega-

gationes enim partium ſunt voluntariæ, & Reiffenſt. de Reg. juris cap.2. reg.57. num.3.: Qui aſſerit, ſe ab obligatione eſſe liberum, probare debet ex l.2. ff. de probat. ibi: *Et incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.*

272. Et R. A. Duflos ſuccubuit in ſententia ad quam ſolum attenditur: Et A. R. P. Gravois recurrit ad Decreta Regalia, volens Regem Chriſtianiſſimum cum Rege Ozia ingredi in Sanctuarium, & violare jura Sacerdotum, quod eſt impoſſibile Pietati Regis Chriſtianiſſimi, ſcientis ſibi non licere, diſponere in materia mere ſpirituali, ut eſt obedientia Religioſorum ad ſuos Superiores, in qua Religio ſemper fuit, & eſt in ſuo pleno jure decernendi independenter à quacumque poteſtate ſæculari, & deducitur ex cap. Quæ in Eccleſiar. 10. de Conſt. & cap. Non minus de immunitate Eccleſ. Quare inquit Ant. Cajet. à Bonav. Luſitanus in Exam. Reg. part.1. cap.1. §.10. num.274.: Si Rex præcipiat ſub graviſſimis pœnis ob aliquam rationem politicam, quod Fratres ſuum Generalem non agnoſcant, in conſcientia, & quoad forum internum, tenentur Fratres Minores illi obedire ſub peccato mortali; quamvis non publice quoad forum externum, quando damnum grave prudenter timetur: Quod ſupponebat Rex Catholicus in ſuo Regali Decreto dato 30. Januarii, anni 1691. cum conſultatione Doctiſſimorum Miniſtrorum, quo declaravit in judicio contradictorio: Fr. Minores Indiarum, ſicuti alii totius Orbis, eſſe ſubjectos Miniſtro Generali: Et quod iſte eſt Miniſter Generalis etiam Indiarum; cum neque Religio in aliquo Generali Capitulo, nec Bullæ Pontificiæ diſponant contrarium. Attende ad rationem Regis Catholici.

Scit Rex Chriſtianiſſimus, ſibi non licere diſponere in materia merè ſpirituali, & ſupponebat Rex Catholicus, & Rm̃us Samaniego.

273. Et Reverendiſſimus Samaniego ad dubium propoſitum à R. P. Provinciali Turoniæ 20. Auguſti 1681. reſpondebat, ut habetur in Scrinio Turoniæ Majoris manip.1. num.5. ſic: *Cum Rex Chriſtianiſſimus leges Eccleſiaſticas condere, aut infringere nequeat, ex alio capite per Conſtitutiones noſtras ſtabilitum ſit, ut antiquior ExDiſfinitor debeat, ſubrogari in locum actualis Diffinitoris defuncti; non poſſumus his contradicere.*

Rm̃us Rhini non habebat facultatem excludendi à gubernio Recollectorum Commiſſarium Generalem Familiæ.

274. Reſpondendo ad Artic. dico, quod Provinciæ Recollectæ, non obtinuerunt à Prælatis Generalibus, ut Statutum Valliſol. *Quoniam* non mandaretur executioni; & dato, quod Reverendiſſimus Rhini promiſiſſet aliquid, id promiſit, quod potuit: Et ſolum potuit, declarare ob novas cauſas, ſibi propoſitas, Vocales S. Dionyſii nullas pœnas incurriſſe, propter abſentiam a Capitulo Generali; imo & potuit, promittere ſe gubernaturum PP. Recollectos ad ipſum recurrentes, uti Miniſter totius Fraternitatis; non tamen excludendo Commiſſarium Generalem Familiæ a gubernio Provinciarum Recollectorum, uti dictum eſt num.32., & ſeqq. Miniſter enim Generalis ſine authoritate Capituli Generalis, vel ſpeciali Papæ facultate non poteſt, limitare, neque diminuere authoritatem Commiſſarii Generalis Familiæ, electi ſecundum Bullam Unionis, ut abunde manet probatum à num.32. uſque ad 50. & Reverendiſſimus Rhini non habebat commiſſiouem a Capitulo Generali limitandi facultatem Commiſſarii Generalis Familiæ ſupra Provincias Recollectorum; imo dictum Capitulum ordinavit expreſſe oppoſitum: Et quamvis etiam habebat, uti Commiſſarius Apoſtolicus facultatem reformandi Provincias

cias Galliæ juxta Constitutiones Ordinis, non tamen ad limitandum facultatem Commissarii Generalis Familiæ; nec Commissarius Generalis Familiæ potuit, renunciare juri suo, cum ejus facultas sit propter bonum commune Religionis, & totius Familiæ, & non in favorem particularem, & privatum ejus, ex textu in cap. Si diligenti de for. compet. & denique ad talem perpetuam limitationem Generalis nullam potuit habere causam. Vide num.83. addictionem.

275. Nec Rmus. Rhini potuit in hoc dispensare: Quia secundum Canones non possunt in ulla re magnæ considerationis procedere absque consensu Capituli, & ideo inquit Sanctor. in Stat. pag.683.: Generalis non potest dispensare cum toto Ordine, vel Provincia: Præterquam dispensatio data sine observatione conditionum expositarum à Capitulo sive expresse, sive tacite, sive ex usu, est nulla. Sanctor. cit. & Kerckh. cap.8. §.11. num.4. ex Capitulo Geuerali Rom. 1639. & in Segov. dicitur: *Nullus Prælatus Generalis dispensare possit, nisi in scriptis, & cum consilio Discretorum Provinciæ alicujus, quæ dispensatio non sortiatur effectum, quousque dispensatio fuerit subscripta & sigillo authentico munita, & aliter facta dispensatio nullius sit effectus, nec roboris*. Et in Constitutionibus 1694. addictum fuit, requiri assensum, & votum aliquorum Discretorum Ordinis. Quod intelligit Monsalvo tom.2. cap.16. art.5. in rebus majoris momenti; in nostro autem casu non ostenditur in Rescripto, & Summario ulla talis dispensatio.

Nec dispensare sine consensu Capituli.

276. Nec Statutum Vallisol. admittit ullam interpretationem, vel declarationem: Quia ut advertit Gubern. tom.4. pag.272. cum Sanctoro, non licet Generali pro libito Statuta declarare contra litteram in sensu legi repugnante: Quia declaratio non mutat essentiam legis: interpretatio autem à mente disponentis non debet discedere: Quare juxta DD. solum habet locum, quando verba Statuti sunt obscura, ac dubia, & quando de mente Statuentium non constat Lantus. Verb. Gener. num.5. Peyrin. num.1. de privilegiis pag.102. Reiff. lib.1. Decret. tit.2. de Constitut. §.16. num.384., ubi pro Regula ponit: *Verba clara non admittunt interpretationem*: In nostro autem casu, verba sunt clara, & constat de mente statuentium.

Nec declarare, nec interpretari, cum constet de mente statuentium.

277. Ex quo sequitur, quod, cum solum erat locus appellationis ad S. Sedem, & fatetur R. A. Gravois, Romæ non fuisse prosequutam (ommisso quod appellatio caderet supra Statutum, quod falsum est,) appellatio mansit deserta: Patet, quia, ut inquit cit. Reiff. lib.2. Decret. tit.28. §.4. num.170. *Si quis tempore debito suam appellationem non fuerit prosequutus, neque finierit, debet ejus appellatio censeri deserta: Clem. sicut appellat.3. h. t. ibi: Quod si, justo impedimento cessante, non fecerit, debet ejus appellatio censeri deserta: Ac proinde tenebit*, inquit cit. Reiff. *Sententia prius lata, quæ & manet canonizata, & transit in rem judicatam sine alia pronuntiatione super desertione appellationis* cum AA. & legibus ab ipso cit.: Ergo appellatio allata à Gravois mansit deserta: Et Constitutio anni 1670. in suo robore, imo & canonizata, & confirmata ex lapsu dierum fatalium. Reiff. cit. num.196. & 243.

Appellatio mansit deserta, & Constitutio 1670. canonizata.

278. Cum ergo Fatalia, seu tempora illa, intra quæ debet inchoari, & terminari causa appellationis, sint mortem inferentia ipsi ap-

latione

pellationi: Quia ſicut mors extinguit hominem, ita lapſus illius temporis extinguit appellationem, ut inquit cit. Reiff. num.153. cum aliis. Ad quid ergo affertur hæc appellatio) dato quod eſſet contra Statutum, quod negatur) jam dudum mortua, & ſepulta per tot Fatalia, confeſſa ab ipſo A. R. Gravois?

ARTICULUS XVII.

In quo declaratur, Recollectos Galliæ conſenſiſſe ab anno 1670. uſque ad præſens in Commiſſarium Generalem Familiæ.

De majori parte ad totum validum eſt argumentum, nec impugnari poteſt.

279. QUod fit à majori parte Capituli legitime congregati, prævalere, debet appellatione remota Lezan. tom.4. conſ.51. num.45. cap. cum in cunctis de his quæ fiunt à majori parte ex Concil. Lateran. ſub Alex.3.: Et quod major pars facit, ab omnibus fieri, cenſetur l. Quod major 19. ff. ad municip.: Et de majori parte ad totum validum eſt argumentum. Lezan. cit. cum aliis: Ideo Capitulum Generale 1670. inquit: *Omnes Provinciæ Galliæ declararunt, &c.*

Conſenſerunt Recollecti etiam in Capitulis poſterioribus.

280. Cum ergo omnes Galliæ Provinciæ, etiam Recollectæ conſenſerint in Decretum Capituli 1670., repelluntur ab oppoſitione, ſeu impugnatione illius, juxta Regulas juris. *Quod ſemel placuit. Nemo poteſt mutare. Nullus poteſt venire contra factum ſuum.* Pro quibus facit declaratio S. Congr. Epiſc. & Reg.2. Deeembris 1643. apud Lezan. tom.4. Conſul.13. num.6. ibi: *Inſtitutionem P. Capulli non poſſe, nec debere ab eis impugnari, cum ſemel in eam conſenſerint, nec obſtare Conſtitutiones.*

281. Et Provinciæ Recollectæ conſenſerunt, non ſolum in Capitulo 1670.; ſed etiam in poſterioribus, in quibus nullum fecerunt recurſum. Ad Congregationem Generalem Toletanam 1673. ex Provinciis Recollectis Galliæ aliquæ comparuerunt Chronol. Seraph. tom.2.: Et Tabula hujus Congregationis inquit, tres comparuiſſe, & nullum attulerunt recurſum. Ad Capitulum 1676. non acceſſerunt, interdicente Rege; habuerunt tamen Diffinitorem Recollectum. Nec ad Generale Capitulum 1682. ullum attulerunt recurſum.

282. Ad Congregationem Generalem Matritenſem anni 1685. attulerunt prætenſionem de Commiſſario Nationali, & non fuit propoſita alia quæſtio Galloram Chronol. Seraph. tom.2. pag.190. In Capitulo autem Romano 1688. decrevit Capitulum Generale vocalibus Provinciarum Galliæ nullam ex parte Religionis datam fuiſſe legitimam occaſionem recedendi à congreſſibus electionum, & diſpoſitionum, quæ canonice, ac rite celebratæ, peractæque fuerunt; & eos teneri ad ea omnia obſervanda: Et omnes Provinciæ Galliæ paruerunt, ut ſupra num.209. & 210.

283. Sed nec in Capitulo Generali Victorienſi anni 1694. ad quod concurrerunt Galli, & in quo omnes tres Familiæ ejuſdem Nationis acceperunt ſuum Diffinitorem Generalem, fuit facta mentio, vel proteſtatio, aut querela contra Decretum Capituli 1670.; imo denuo totum Capitulum recognovit obedientiam ad Commiſſarium Generalem Familiæ debitam, dùm decrevit, Commiſſarium Generalem Fa-

Familiæ titulandum esse hoc modo: *Frater N. N. Commissarius Generalis Ordinis S. Francisci in tota Familia Cismontana, vel Ultramontana*: Et notum est, Familiam Cismontanam includere Recollectos Galliæ.

284. Etiam in Capitulo Generali Roman 1700., in quo convenerunt Galli, & acceperunt suos Diffinitores Generales, recognita fuit authoritas Commissarii Generalis Familiæ tit. pro utraque Familia num.29. ibi. *Juxta præscriptum fœlic. recor. Greg. XIII.... nullus deinceps appellet; vel recurrat... à gravamine Provincialis, nisi ad Commissarium Generalem, dùm in Familia est*, ut videre est in Chronol. Seraph. to.2. pag.295. Nec in Capitulo Generali Romano 1723. apparet similis prætensio Recollectorum, sicut nec in Capitulo Generali 1729., nec in Vallisollet. 1740.

ARTICULUS XVIII.

In quo declaratur, Recollectos Galliæ teneri ad recognoscendum Commissarium Generalem Familiæ ratione Contractus.

285. NAturalis ratio dictat, ut quæ contrahentibus placuerunt, ea servare teneantur, l.1. ff. de Pact. l.*Non minorem* C. de transac. cap.3. de Pact. juxta illud Deutoronom.22. *Quod semel egressum est de labiis tuis observabis*. Et juxta illud Psalm.88. *Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita*, & quia viro bono non convenit, quod semel dixit, postea revocet. Et grave est fidem fallere, l.1. ff. de Const. pecun. Et casu quo faciens pactum resiliat, non debet commodum aliquod consequi, l. Julian. §. Offerri de act. empt. Rota 1. parte diversor. Decis.134. num.3. apud Lezan. to.4. pag.457. num.366.

Naturalis ratio dictat, Contractui observari debere

286. Certi enim juris est, quòd dispositio conditionalis, omissa conditione, non sortitur effectum. Ex quo juris axiomate (de quo Bald. consil.478.) inquit Barb. axiom.48. num.2. & 5. *Quod, deficiente conditione, deficit conditionatum, & contractus celebratus manet resolutus ab ipso initio* ex l. necess. §.1. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. pecuniam 36. ff. de reb. cred. Lez. tom.4. Consul.5. numer.115. Hinc habet Barb. cit., quod actus habetur, ac si non esset factus.

Deficente conditione, deficit conditionatum.

287. Ergo Diffinitoratus Generalis additus in Capitulo Generali 1670. pro natione Gallicana, & præcipuè tertius Diffinitor datus, & concessus Recollectis Galliæ privativè quoad alias duas Familias ejusdem Nationis, erit nullus: Quia Constitutio nulla, nullum producit effectum. Nullum esse, vel esse, sine effectu paria sunt. Et nullum quod est, jus aliquod tribuere non potest. Et dispositio conditionalis, non impleta conditione, nulla est, prout ex juribus, DD. & S. Rotæ Decisionibus exornat Barbos. axiom.164. Ergo A. R. P. Gravois est Diffinitor nullus, & ut talis non est admittendus in Diffinitorio, nec Capitulo Generali ex propositis ab ipso.

288. Ipse non tenetur jure Constitutionibus latis à Capitulo Generali, & consequenter non est membrum Capituli Generalis, nec debet ingredi in illud. Patet: Quia si esset membrum, & ingredi deberet in illud, teneretur legibus Capituli Generalis secundum Apostol.

 relat.

relat. in cap. Gaudemus de divortiis, ibi: *Quid enim ad nos de his, qui foris sunt judicare.*

289. Et quamvis A. R. P. Gravois non teneretur observare Constitutionem controversam, ex vi Constitutionis Capituli Generalis, tenetur jure naturali, & Divino: Quia prædicta Constitutio non est mera Constitutio Capituli; sed pactum expressum, factum mutua conventione, verbis claris, & scripto declaratum inter Capitulum Generale, & omnes Provincias Galliæ, etiam Familiæ Recollectæ; Et non pactum nudum, sed vestitum legis assistentia, cum ex communi lege Minoritico, omnes Provinciæ Familiæ teneantur admittere, velut suum legitimum Prælatum, Commissarium Generalem Familiæ, vestitum traditione rei promissæ: *Propterea dictis Provinciis cum effectu, datus est unus Diffinitor Generalis*, inquit Constitutio.

290. Primarius autem, ac principalis effectus pactorum est obligatio naturalis: Nam certum est, & commmuniter ab Authoribus receptum, inquit Reiff. lib.1. Decret. tit.35. §. 1. num.27. quod ex omni pacto, etiam nudo, oriatur naturalis obligatio propter mutuum consensum, obligans jure naturali, ac etiam in foro conscientiæ: Quare rectissime in cap.1. h. t. dicitur, *pacta, quantumcumque nuda, servanda esse, ut explicat Summarium*. Et cap.3. eodem; *Studiose agendum est, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur*. Et hanc naturalem obligationem etiam Gentiles agnoverunt. cit. Reiff. Et Princeps ipse obligatur ex pacto jure naturali, & Divio, cui Papa, & Imperator subjiciuntur. Item num.28.

Hoc pactum fuit pactū innominatū.

291. Hoc pactum, factum in dicto Capitulo, habet rationem specificam contractus onerosi innominati: *Do ut des, vel ut facias: Et cum effectu datus est unus Diffinitor Generalis*, ultra duos solitos, Nationi Gallicanæ, & ex tribus unus, privativè quoad alias Familias ejusdem Nationis, Familiæ Recollectæ: Et hæc datio non fuit mere gratuita, & liberalis; sed: *Quoniam omnes Galliæ Provinciæ in illo Capitulo declararunt etiam Scripto, se admittere velut suum legitimum Prælatum, Commissarium Generalem Familiæ, secundam Bullam Unionis electum*, & cum utrique parti contrahentium aliquod onus imponitur quidpiam dandi, vel præstandi, scilicet: Dandi cuicumque Familiæ Nationis Gallicanæ unum Diffinitorem Generalem privativè quoad alias Familias ex parte Religionis; cuicumque vero Familiæ recognoscendi Commissarium Generalem, velut suum Superiorem, utraque pars contrahentium mansit obligata.

Et obligat etiam virtute justitiæ commutativæ.

292. Et de hoc procedit text. in leg. Labeo 19. ff. de verbor. signif. ubi dicitur, *contractum esse ultro, citroque obligationem*, & advertit Reiff. lib.1. Decret. tit.35. §.4. num.92. memoratam obligationem secundum Doct. Subtil. in 4. dist.26. q. unic. §. ad prob., oriri virtute justitiæ commutativæ; alioquin enim, etiam ex aliis virtutibus oriri potest mutua, & reciproca obligatio, ut puta subditorum erga Superiores, quæ non venit nomine contractus: Quamvis ergo Author Restricti negaret obligationem ortam ex obedientia debita ad Capitulum Generale, non potest negare obligationem ortam ex justitia commutativa ratione contractus onerosi inniti cum Capitulo Generali.

293. Et

293. Et quamvis hic contractus possit vocari permutatio, sicut generaliter ubicumque, hìc inde aliquid datur, vel fit potest dici permutatio; at appellatio generis ut est nomen *Permutatio* non facit contractum dici nominatum, sicque vere contractus supradictus est innominatus: Et quamvis in jure Civili disputabile sit, an in contractibus innominatis, non vestitis, sed purè nudis, liceat pœnitere, at secundum hodiernos mores non licet, cum adhuc ex pacto nudo, & ex omni conventione detur actio adhuc ex jure Civili, & certius expectato jure Canonico dicunt Felin. Mol. Greg. Lopez, apud Reiff. n. 114. loco nuper citato.

294. At cum contractus iuuominatus uno tantnm modo perficiatur, scilicet, *re* tantum arg. l. 1. ff. de rer. dermut., & Religio seu Capitulum Generale jam dederit cum effectu diffinitionem Generaleur, & impleverit contractum, & Familia Recollecta acceperit; amplius non licet ei pœnitere: Quia per interventum rei promissæ, quam semel sponte acceptavit, & acceptat à Religione, contractus hujusmodi jam evasit perfectus: Unde Religio quæ dedit, & dat Diffinitoratum Generalem, & contractum ex sua parte implet, potest cogere actione Familiam Recollectam àd admittendum, velut suum legitimum Prælajum. Commissarium Generalem Familiæ. Religio quæ ex parte sua contractum implet, potest agere actione.

295. Deinde: Iste contractus cum fuerit de re dubia propter litem motam; vel movendam, induebat rationem transactionis: Scilicet: *Do Diffinitoratum Generalem, ut abstineas à lite, & jus omne, quod pro independentia à Commissario Familiæ prætendis, ei, & Religioni concedas*. Primarius a utem, & specialis effectns transactionis (ultra obligationem naturalem, ortam ex pacto, & contractu) est imponere finem litibus motis, vel movendis, inquit Reiff. lib. 1. Decret. tit. 36. §. 4. num. 46. cum l. ab ipso citata dicente: *Nullus enim erit litium finis, si à transactionibus bona fide interpositis, cæperit facile discedi*.

296. Infertur proinde, inquit prælaudatus Author num. 47., quod omnes actiones, & obligationes in Judicio deductæ, vel deducendæ, ac probationes earum, instrumenta, & alia jura partium, in oppositum militantia, per contrariam transactionem legitimè interpositam tollantur, cassentur, & viribus evacuentur, adeò, ut transactio semel bona fide, ac legitimè celebrata, invita altera transigentium parte, amplius revocari, aut rescindi non possit, l. Cum te de transf. & l. Causas Codice eodem, ibi: *Causas vel lites transactionibus legitimis finitas Imperiali Rescripto resuscitari non oportet*. Et hoc ne prætextu instrumentorum, de novo repertorum, ut in l. sub prætextu instrum. 19. eod. Codice de transf. Habuit rationem transactionis, & jura partium cassantur.

ARTICULUS XIX.

In quo declaratur falsò, & temerariè vocari chimericam conditionem, obedientiam Recollectorum ad Commissarium Familiæ.

297. NUm. 8. Restricti inquit ejus Author: *Paucos nostros Vocales ab Hispanis delusoriè inductos fuisse ad recognoscendam jurisdictionem Commissarii Generalis Familiæ*. Et terminum:

Delusoriè repetit n.9.; n. vero 10. *vocat chimericam conditionem nulliter, ac reclamantibus omnibus legibus ad beneplacitum quorumdam Observantium Hispaniæ ipsis* (Recollectis) *impositam*.

298. Respondendo dico, quod hucusque propugnandum fuit pro defensione jurium Commissarii Generalis Familiæ; sed nunc pro authoritate totius Capituli Generalis, & Statutorum, & legum ejus conditarum, præsidente in eo authoritate Apostolica Illustriss. & Rmo Domino Federico Borromeo Patriarcha Alexandrino, S. Sedis Apostolicæ Legato à Latere, Nuncio in Regnis Hispaniarum, & demum S. Roman. Eccl. Cardinali, Summo Pontifici Clem. X. addictissimo, & consequenter legum, Authoritate Apostolica conditarum, ut constat ex ejus Bulla: *Cum sicut accepimus*, ibi: *Nostro, & Apostolicæ Sedis nomine Præsidentem cum Apostolica Authoritate te deputamus, præterea in virtute S. Obientiæ Ordinis præfati Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, cæterisque Fratribus, tibi, & per te substituendæ personæ pareant, tuique, ac ejusdem Prælati à te substituendi salutaria monita, & jussa suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent, non obstantibus, &c.*

Est propositio injuriosa in Præsidem Capituli Generalis, & in omnes Vocales.

299. Sub falsa suppositione, ut constut ex attestationibus n. 215. & ex Decretis ipsius Capituli 219. & seqq. videlicet: Paucos Vocales ex Recollectis accessisse ad Capitulum Generale 1670. asserere audet Allegans, Capitulum Generale cum suo Præside nulliter, & reclamantibus omnibus legibus chimericam imposuisse conditionem Recollectis Galliæ: Et quamvis addat, hoc factum fuisse ad beneplacitum quorumdam Observantium Hispaniæ, est infelix additio, siquidem supponit, quod propter beneplacitum quorumdam Observantium Hispaniæ Illmus & Rmus Borromeo, Rmi Rhini, Salizanes, Samaniego, & omnes PP. Religionis, Vocalesque Capituli statuerunt chimericam conditionem nulliter, ac reclamantibus omnibus legibus, quæ est propositio injuriosa iu Hispanos, detrahit enim Nationi, & pluribus Vocalibus illustribus Hispaniæ, & toti Capitulo Generali, maximè cum repetat, istos delusisse Recollectos; cum *deludere* ex Calepino sit *fallere irridendo*, at inurere totum Generale Capitulum stemmate injustitiæ contra omnes leges, est maxima temeritas.

Libelli igni traditi.

300. In Simili: Cum P. Petrus Chambresto Ptædicator Conceptionis Recollectorum Aquitaniæ, & olim Custos Custodiæ fuisset rebellis, & inobediens Decretis Capituli 1612. pluraque dixisset, & scripsisset, inter alia, contra Ministrum Generalem, & Capitulum, imponendo ei contempsisse diplomata Romanorum Pontificum, & Decreta Capituli facta fuisse, Reformatis non auditis, eosque non obligare; Rmus. Vicarius Generalis Trejo, Tolosæ 15. Januarii 1615. proibuit sub gravibus pœnis libellos, & præcepit, quod igni traderentur, & ut debitas, lueret pœnas dictus P. F. Petrus, juridice contra eum processit, ut constat ex transumpto posito in Regesto *R*mi Trejo, existenti in hoc Archivio Matritensi ex originali, relicto in dicta Provincia Conceptionis, concordato: Scriptum autem A. *R*. P. Gravois est ejusdem omnino rationis.

Præsumptio stat pro Diffinitorio; & aliter dicentes tamquam calumniatores puniendi.

301. Sanctor. in Stat. cap.8. Stat.37. in fine proponit hanc difficultatem: Cum Tabula Capituli cum Statutis confici debeat à Diffinitorio, ut dicitur in omnibus Statutis, Salm. cap.8. Vallis. anni

anni 1593. Tol. anni 1583. & Segov. si poneretur aliquod Statutum, quod in Discretorio conclusum non esset, idque sciret Præses Discretorii, vel aliqui Provinciales, qui adderant, an tenerentur isti, servare illud Statutum?

302. Respondeo, inquit Sanctor. si probari, posset per congruos testes, pœna falsi esse puniendum Diffinitorium, si de ejus consensu additum fuisset tale Statutum, & in conscienria, non esset observandum: Esset enim maxima fraus, & usurpatæ jusdictionis crimen: attamen nisi probetur, observandum est: Quia præsumptio est pro Diffinitorio, de quo tanquam de gravissimo tribunali tale scelus non est præsumendqm, & sic aliter dicentes, & tanquam transgressores, & tanquam calumniatores puniendi essent. Hucusque Sanctor.

303. Num 9. restristi prosequitur ejus Author ibi: *Cum enim à 40. & amplius annis Diffinitorem Generalem semper haberemus, vi Statutorum Generalium anni 1625. à. S. Sede confirmatorum, quid ad nos, quæso, quod alius multiplicetur Diffinitor Generalis pro Observantibus Galliæ? Nobis nihil aliud concedebatur, nisi jugum novum Patribus nostris incognitum.*

Falso dicitur in Capitalo 1670. nihil Recollectis fuisse datum.

304. Respondeo, falsum snpponi ab Allegante, quamvis confidenter: Manet enim evidenter per calcullationem Diffinitorum Recollectionis Galliæ probatum, ab anno 1625. ad 1670., non semper habuisse Diffinitorem Generalem, scilicet, in ipso Capitulo 1625., nec in Capitulo Tol. 1648., ut dictum est à n. 200.

305. Et etiam falsum esse, quod vi Statutorum 1625. habebant jus ad unum Diffinitorem Generalem, ex duobus, consiguatis ab anno 1518. Nationi Gallicanæ privativè, quoad alias Familias: Siquidem privativè, quoad alias Familias eusdem Nationis, non habebant tale jus, sed suo ordine idem jus, ac privilegium, ac aliæ Familiæ cum obligatione recognoscendi Commissarium Generalem Familiæ, quod evidenter, & abunde probatur supra a n. 183. ad 209: Et etima hanc obedientiam non posse vocari jugum, cum sit beneficiumn n. 165. & 166.

306. Prosequitur Author Restricti in eodem num. 9., & inquit: *At in rei verite, & de facto* (in Capitulo 1670.) *novus datus est Diffinitor Generalis Observantibus Galliæ, & nobis nihil.* Mirabile dictum! Vi Statutorum Generalium 1625. jus concessum Recollectis per hæc verba: *Eodem jure, ac privilegio gaudeant Recollectorum Provinciæ in Gallia existentes, quo duæ aliæ ejusdem Nationis Familiæ*; est idem jus, & privilegium, quod habebant duæ aliæ Familiæ, scilicet, Familia Reformata, seu Confæderata, & Familia Observantium: Ergo ante Capitulum Generale 1670. Familia Oservantium habebat idem jus ad unum Diffinitorem Generalem, sicut & Familia Reformata, & Familia Recollecta, & per prius, ac ista.

307. Qua ergo contradictione dicitur, quod in Capitulo Generali 1670., in rei veritate, & facto novus datus est Deffinitor Observantibus Galliæ, & nihil Recollectis? Hoc verum, quod Diffinitor Generalis additus æquè datus est Recollectis, ac Observantibus, & Confæderatis: Ab anno enim 1625. quælibet Familia ex tribus Nationis Gallicanæ habebat jus ad unum Diffinitorem Generalem ex duobus concessis Nationi Gallicanæ, non privativè ad alias Familias, sed ordine successivo: Et in Capitulo 1670. unus Diffinitor Ge-

Anno 1670. unus Diffinitor Generalis pro tota Natione fuit additus, ut quælibet Familia haberet suum Diffinitorem privativè quoad alias Familias.

Generalis fuit additus pro tota Natione, ut quælibet Familia Nationis haberet suum Diffinitorem Generalem privativè quoad alias Falias, & circa hoc non videbatur contendendum cum non contensionis.

308. Et num 10. Restricti inquit: *Unde sicut in Lusitania promiscuè dutur Diffinitor, tùm Observantibus, tùm Discalceatis, alium pro Gallia Diffinitorem Generalem additum non debeant aliquando habere Recollecti, percipere vix possum.*

Anno 1670. obtinueruntRecollecti, quod negatum est Discalceatis Lusitaniæ.

309. Attendat: In Capitulo Generali 1723. (antea plures ab anno 1618.) octo discalceatorum Provinciæ ad Lusitaniam pertinentes petierunt, unum Diffinitorem Generalem assumi ex suis privativè quoad observantes: at Capitulum Generale judicavit, non oportere: Quia ille provinciæ ab uno Diffinitoratu Generali, pertinente ad suam Nationem, exclusæ nequaquam sint. Sic Recollecti Galliæ ab anno 1625. non erant exclusi ab uno Diffinitoratu Generali ex duobus ad suam Nationem pertinentibus; anno vero 1670. obtinuerunt, quod fuit negatum Lusitanis, videlicet unum Diffinitorem Generalem ex suis privativè quoad alias duas Familias: Et Autctor Restricti (non Familia Recollecta) conqueritur, & audet, dicere, quod in Capitulo Generali 1670. nihil sibi concedebatur, & vult quod promiscuè detur illi unus ex Diffinitoribus Generalibus, pertinentibus ad alias Nationis Familias.

Laudes Magni Conventus Parisiensis.

310. In eodem num.9. & 10. Restricti prosequitur ejus Author sic: *Octo adsunt in Gallia Observantium Provinciæ: Duos habent Diffinitores Generales: Decem habemus nos Provincias, & unicum Diffinitorum Generalem.* Omittit Author Magnum Conventum Parisiensem, cui specialem honorem semper tribuit Religio Seraphica, tanquam Gimnasio universali Religionis: Et hæc debet ei primarias suas glorias, & honorabilium laborum titulos: Ideò Constitutiones 1529. sic eum nominant: *Propter honorem sacri, & tanti Conventus Parisiensis* 1553: *Conventus noster Parisiensis, ut suo jure insignar est præ cæteris, &c.* 1600.: *juxta nostra antiqua statuta declaratur, quod Guardianus insignis nostri Conventu Parisiensis in Capitulo Generali suffragium habeat*: Et 1666. reputatur plusquam Provincialis per hæc verba: *Provinciales omnes .... quin & Guardianus magni Conventus Parisiensis nequeat, mittere suos Religiosos extra Galliarum limites, &c.* Ideo in Constitutionibus 1740. dicitur: *Legitimè impeditus potest mittere pro Guardianum ad suffragandum, & retineat præcedentiam ad tenorem Statutorum antiquorum*: Propter quæ non erat omittendus ab Authore Restricti, Magnus Conventus Parisiensis. Etiam quoad numerum Religiosorum excedit, vel æquatur aliquibus Provinciis: Secunda die Junii 1658. in Capitulo Generali Tol. præsentatus fuit status magni Conventus Parisiensis, & habetur in Schrinio hujus insignis Conventus m.1. ibi: *Magnus Conventus Parisiensis circiter* 400. *habet fratres, tam DD. Vacalaureos, quàm studentes.* Ita testor Fr. Andreas Houbercau, Doctor, & Lector Parisiensis, magni Conventus ex Guardiacus, & pro Guardianus; quamvis in attestationibus allatis ad Capitulum 1700. non attestatur, nisi 205.

311: Excessum vero Provinciarum Recollectarum Religio reputat de materiali, cum aliunde recompensetur per numerositatem, & splendorem Fratrum incolentium in Provinciis Observantibus: Tum etiam,

Excessus Provinciarum de materiali se habet: Sic & excessus nostræ Familiæ respectu alteriur.

etiam, quia Provinciæ Observantes, & Reformatæ, seu confæderatæ reputantur uti Mutrices: Cum Provinciæ Recollectæ maxima ex parte sint erectæ ex Conventibus, donatis ab aliis duabus Familiis ejusdem Nationis: Quæ uti tales sunt honorandæ; nec privandæ à suo antiquo jure.

312. Exactissimum omnium simile, & exemplum ministrat alma Religio nostra, in qua veluti duo corpora sunt duæ Familiæ, scilicet, Cis, & Ultramontana circa Ministrum Generalem, & Generalem Commissarium, alternantes per sexennia, quin attendatur, quænam ex his Familiis plures Provincias habeat: Alioquin hujusmodi alternativa nimium Familiæ nostræ, quæ plures habet Provincias, præjudicaret; sed, cum & alterum Corpus, vel Familiæ Ultramontana amplissima sit, atque innumeros etiam habet Viros, doctriua claros, & moribus insignes: Hinc noster Provinciarum excessus numeralis, & pure materialis erga alternativam reputatur.

313. Prosequitur Author Restricti in eodem num.9. & repetit: *Nostra a Commissario Generali independentia oriebatur a Constitutionibus Apostolicis, pluries a S. Sede confirmatis, & innovatis, & expressa prohibitione ipsis Capitulis Generalibus facta, quodcumque in contrarium sub pœna nullitatis determinandi: A Decretis Regiis dictarum Constitutionum executionem præcipientibus*. Respondeo, Coustitutiones Apostolicas Greg.XIII. & Clem.VII: non continere in dependentiam a Commissario Generali Familiæ, ut jam in prima solutione principali evidenter est demonstratum. Et in secunda, dato quod contineret tale privilegium, fuisse limitatum tempore extensionis ad Recollectos Galliæ. Et denique in tertia, ipsos Recollectos cessisse tali privilegio in Capitulo Generali 1625.& evidentius 1670. Et idem dicitur de Decretis Regiis, executionem dictarum Constitutionum Apostolicarum præcipientibus, ui supra.

ARTICULUS XX.

In quo satisfit objectioni dicenti: Conditionem positam anno 1670. *non fuisse confirmatam*.

314. AUthor Restricti num.1 & in Summario num.9. inquit: *Videtur tamen, quod favore Recollectorum locuta fuerit S. Sedes, dum Clem.X. confirmavit Decretum Capituli Generalis* 1670. *per suum Breve*: Sacro Sancti Apostolatus; *pro multiplicatione Diffinitorum Generalium, editum absque ulla mentione dependentiæ a Commissario Generali*. Respondeo primo, quod Decretum, & conditiones Decreti indivisa sunt, & nulla relinquitur libertas, ut partim admittatur, & partim repudietur l. cum quæritur 16. ff. de Administ. tutor.

315. Respondeo secundo, quod Clem.X. confirmavit multiplicationem Diffinitorum, & designationem eorumdem pro qualibet Natione, addens unum Diffinitorem Generalem pro alia Familia: Quia paci, & religiosæ tranquilitati inter Fratres tot Nationum, quibus Ordo constat, sic expediebat: præsertim quia anno 1612. apud Orbem Seraph. tom.1. pag.440. num.13. Romanis in Comitiis Capitulum

tulum elegit duos ſupernumerarios Diffinitores Generales, prætendens ſua auctoritate ſibi licite, eos veluti legitimos Vocales adcæteras Capitulares actiones admittere.

Supprimuntur Diffinitores Generales ſupernumerarii, & additio erat confirmanda.

316. At tenuit Aragonius Cardinali, Protector, & Præſes cupiens obviare controverſiis, quæ inter aliorum Regnorum, & Provinciarum Fratres oriri, poterant: Et Paulus V. in ſua B. *ſicut accepimus* (apud Gubern.cit.) ſupernumerarios illos Diffinitores Generules ſuppreſſit, & annullavit, ibi: *Electiones Diffinitorum hujuſmodi, ut præfertur factas motu, ſcientia, & plenitudinis poteſtate ſimilibus, revocamus, irritamus, & annullamus.* Ideò inquit Sanctor. pag.476.: Nulla electio Diffinitorum ultra taxam: Ideòque ſuperadditio facta anno 1670., ut eſſet omnino firma, erat ſpecialiter confirmanda.

Tertiarii habent vocem activam in Capitulis ex privilegio anni 1625.; paſſivam vero ad unum Diffinitorem Generalem ex Vallisol.; ideo conditio ſpecialiter erat confirmanda.

317. Num. 10. Reſtricti inquit R. A. P. Gravois: Confirmavit etiam Summus Pontifex conditionem, ſub qua Diffinitor Generalis concedebatur Vocalibus tertii Ordinis Nationis noſtræ per hæc verba: *Ea tamen lege, quod Vocales tertii Ordinis Nationis Gallicanæ ad Comitia Generalia deinceps accedant.* Reſpondeo, quod hoc erat neceſſum: Tertiarii enim Regulares non habent votum adhuc activum in electione Miniſtri Generalis ſecundum Bullam Unionis. cum non obſervent vitam reformatam, ibi à Leone deſignatam, ſed per privilegium, conceſſum Romanis in Comitiis 1625., non omnibus Tertiariis, ſed Hiſpaniæ, & Galliæ tantum, ut dictum eſt n.190.

318. Et cum in Capitulo Valliſolet.1670. Concedebatur eis, etiam vox paſſiva ad unum Diffinitorem Generalem, quod etiam eſt contra, vel præter Bullam Unionis, iddo additio oportebat ſpecialiter confirmari cum conditione, qua concedebatur; at conditio impoſita de obedientia ad Commiſſarium Generalem Familiæ Fratribus primi Ordinis Nationis Gallicanæ, ad quid erat ſpecialiter confirmanda, cum hæc obedientia omnium filiorum S. Franciſci, qui ſunt de corpore ejus in recta linea, quales ſunt Recollecti deſcendat ex ipſa Bulla Unionis, quæ conſtituit Commiſſarium, Miniſtrum Familiæ, & ſecundum Regulam teneantur Miniſtris obedire, imò etiam Decretis Capitulorum Generalium, quæ, quia non ſunt à Pontifice confirmata impugnare, eſt contra ipſum lumen naturale, ut affirmat Ameno cum Sanctor. apud Gubern. tom.4. pag.405. ad finem. Præterquam Statuta Capituli ſtatim confirmata authoritate apoſtolica cenſentur ex privilegio Clem.VII.& aliis, inquit cum Peyrin. Ant.Cajet,à S. Bonav. in dilucidatione Conſt. Bened. §.4. num.215.

ARTICULUS XXI.

In quo declaratur, falſo affirmari, Provincias Obſervantes Galliæ numquam voluiſſe recognoſcere Commiſſarium Familiæ.

319. NUM.11. *Reſtricti, & 12. & 13. Summarii inquit ejus Author: Ut autem magis, ac magis appareat, quibus oculis iſta conditio, etiam relatè ad Obſervantes Galliæ ab univerſo Ordine hodie aſpiciatur ſupervacaneum non erit obſervare, in Capitulis, vel Congregationibus Generalibus Mantuæ* 1541. *Salm.* 1553. *Val-*

Vallis. 1593. Seg. 1621. & Vallisol. 1670. renovatum semper fuisse Statutum, quo declaratur dictis Patribus Observantibus concedi Diffinitorem Generalem, ex eo quod declaraverint, se pro suo legitimo Superiore admittere Generalem Familiæ Commissarium; quem tamen numquam aguoscere voluerunt.

Respondeo, oculos loqui eo modo, quo affecti sumus: Et cum Author torvis oculis aspiciat jurisdictionem Commissarii Generalis Familiæ, videtur ipsi, quod ista obedientia etiam relatè ad observantes Galliæ ab universo Ordine eisdem oculis hodie aspiciatur: Et ad hoc inquit, super vacaneum non erit observare, illam conditionem esse repetitam in pluribus Capitulis Generalibus. = Sed dico, quod non solùm non est supervacaneum; verùm ex hac observatione arguitur magis enixa voluntas, qua ista conditio ab universo Ordine aspicitur: Nam repetitio conditionis ex natura rei indicat majorem voluntatis intensionem, & etiam secundùm leges arguitur magis enixa voluntas, nt inquit Aloysius Mans. tom. 3. Consult. Const. 201. num. 44. ad l. prim. de Const. pecun. Lezan. tom. 4. Consult. 38. num. 19. pag. 195. & plures apud Barbos. de Axiom. jur. axiom. 105. num. 1.

Ex repetitione arguitur magis enixa voluntas.

320. Ideò Capitulum Generale 1633. advertit, quod Seraph. Pater in Regula nostra obedientiam nobis injunxit tèr: In primo capitulo: *Et alii Fratres teneantur Fr. Francisco, & ejus Successoribus obedire*. In octavo: *Universi Fratres, &c.* Et in decimo communi præcepto: *Unde firmiter præcipir eis, ut obediant.* Et intimat etiam in suo non satis laudato Testamento: *Et firmiter volo obedire, &c.* ut ostenderet enixam, & intensissimam voluntatem S. P. N. Francisci, & Religionis circa obedientiam: Ideò inquit Corduba in Expositione Regulæ, cap. 8. q. 1. ibi: *Obedientia... iteratur... in Regula ad insinuandum, & ostendendum, quod ipsi* (Ministro Generali) *obediendum est fortiùs, ac firmiùs*. Sic etiam in omnibus ferè Capitulis Generalibus intimatur pura, & Regularis observantia: Et qua logica ex hoc inferri, potest, Religionem nolle obtemperare Ministro Generali, vel nolle observantiam Regularem? Quomodo ergo R. A. P. Gravois, eo quod pluries intimetur Observantibus Galliæ obedientia ad Generalem Familiæ Commissarium infert, numquam eos eum agnoscere voluisse? Quid est, si non hoc, calumnia est?

S. Pater tèr in Regula injunxit obedientiam.

321. Ad probationem suæ inconsequentiæ prosequitur eodem numero dicens, ibi: *Cumque in ultimo Capitulo Generali typis mandata fuisset Scriptura nomine Magnæ Provinciæ Aquitaniæ, & Vocalibus præsentata, in qua conquerebatnr eadem Provincia, se solam in Gallia agnoscere Commissarium Generalem Familiæ; & tamen præmio tali obedientiæ promisso, Diffinitoratu videlicet Generali, spoliatam esse à 7. supra 100. annis, & hanc sprevit rationem Capitulum Generale.*

Scriptura anni 1740 repudiata.

322. Respondeo, quod benè Capitulum Generale spevit hanc rationem, uti injuriosam aliis Provinciis, & uti falsam, ut constat ex Regestis Commissariorum Generalium Familiæ, ut infra. = Prosequitur Author Restristi: *In Diffinitorem Generalem electus fuit R. A. P. Pontchateau, Provinciæ Turoniæ, unius videlicet ex Provinciis, quæ Commissarium Familiæ pro Superiore nunquam agnoverunt*. Respondeo, quod dictum à veritate longè abhorret, ut constabit infra.

Magna inversio obedientiæ in demeritum.

323. Denique Author num. 11. concludit dicens: *Putarunt Galliæ vocales, Diffinitoratu Generali Nationi debito indignam esse illam Aquitaniæ Provinciam, quæ contra Regni leges, & consuetudinem alium a Successore S. Francisci agnoscebat Superiorem.* Ad simile argumentum bene dicebat Tertulian. de Carn. Christ. c. 13. *Omnia periclitantur aliter accipi, quam sunt, & amittere quod sunt, dum aliter accipiuntur, si aliter quam sunt cognominantur.* Et quæ major inversio, & perversio, quam præpostere mutare obedientiam Magnæ Provinciæ in indignitatem, & in demeritum ad præmium correspondens? Et hanc insaniam attribuere, tam præstantis judicii Vocalibus insignis Nationis Galliæ?

FF. Minores tenentur obedire omnibus Superioribus.

324. Quæ optimè scit, quod FF. Minores tenentur, non solum Fr. Francisco, & ejus Successoribus obedire; sed etiam suis Ministris, & omnibus suis Superioribus, & observant fidelissime Constitutionem 1621. cap. 7. de Offic. in commun. dicentem: *Et inferiores pareant, & obediant Superioribus, ita ut omnes Religiosi Vicariis: Vicarii vero Guardianis: Guardiani vero Provincialibus; Provinciales vero Generalibus Commisariis: Commissarii varo Generales Ministro Generali cum effectu parere teneantur.* Et ita protestati sunt in Congregatione omnium 8. Provinciarum, habita Parisiis sub Rmo. Rhini.

CAPUT SECUNDUM.

In quo proponitur secundum argumencum, desumptum ex Constitutionibus Nationalibus.

UT CUM CLARITATE PROCEDAMUS SIT.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum Provinciæ Recollectorum ad Gallicanam Nationem pertinentes teneantur ad Statuta Generalia?

Recollecti tenentur ad Statuta Generalia suæ Strictiori observantiæ non contraria, juxta Constitutiones Apostolicas, & Ordinis.

325. DIco primo: Quod Provinciæ Recollectorum ad Gallicanam Nationem pertinentes tenentur ad Statuta Generalia suæ Observantiæ Strictiori non cnntraria. Constat ex Bulla Greg. XIII.: *Cum illius vicem*, extensa à Clem. VIII. ad Recollectos Galliæ, §. 15. dicente: *Volumus tamen, quod si in Capitulis Generalibus Constitutiones aliquæ, vel Decreta præsentibus litteris, & huic observantiæ Strictiori non contraria; sed quæ magis ei favere videantnr, ordinata fuerint, reformati ea observare omninò teneantur.*

326. Et in Statutis Rmi Ministri Generalis Calvi editis an. 1543. receptis, & confirmatis à Rege Christianissimo cap. 1. sub gravissimis pœnis astringitur, *ut obediant omnibus mandatis, Statutis Generalibus & Capitulo Generali.* Et in Romanis 1571. sub Christophoro a capite Mōtiū Gallo: *Conceditur ipsis Gallis vivere, & regi secundum Statuta Barchinon. prout eis concessum est per alia Capitula.* In Tolet. 1583. tit. de Gallicis, & Belgicis Provinciis, ibi: *Verum si casus occurrerit, qui absolvi, & desiniri non valeat per sua usitato Statuta, tenebuntur prædictæ Gallicæ, & Belgicæ Provinciæ ad unguem observare memorata Statu-*

tuta Barchin. Et in Romanis 1600. tit. Pro Gallicis, & Germanicis Provinciis, ibi: *Omnes Galliæ Provinciæ regantur secuudum Statuta Barchin. ab antiquis recepta, & a Pio V. Pontifice Max. approbata.* Et in Seg. 1621.: Statuta supradicta pro Gallicis, & Germanicis Provinciis approbantur. Ideo Card. Verallus Vice-Protector Ordinis 2. Martij 1613., cum Guardiani, & Fratres sex Conventuum, non absque temeritatis nota, Decretis Capituli Generalis anni 1512. tenuerint, obedire, tanto malo providere volens, per obedientiam, & sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrenda, præcepit eis, ut obedirent Jacobo Garnier, Provinciali primo Provinciæ S. Dionysii Recollectorum. Gubern. tom. 2. pag. 413.

Cardin. Verallus præcipit Fratribus 6. Conventuum, ut obedirent Provinciali S. Dionysii.

327. Et probatur: Recollecti tenentur observare Constitutionem Apostolicam Greg. XIII. ac Clem. VIII. ad ipsos extensam, & a Paulo V. Greg. XV. & Urb. VIIJ. confirmatam, in Galliarum Parlamentis acceptatam, excutioni demandatam a Regibus Christianissim's, istante universi Regni Clero, & observatam a Recollectis, quin omnino ullæ unquam subjacuerit mutationi; ut inquit Author Restricti numr. 2. 9. 22. & 23. & in Summario num. 1. 11. & 15.; sed Greg. XIII. in dicta Constitutione inquit: *Si in Capitulis Generalibus Constitutiones aliquæ, vel Decreta ills litteris, & observantiæ Strictiori non contraria, ordinata fuerint, reformati ea observare, teneantur*: Ergo Recollecti, ad quos predicta Constitutio fuit extensa, tenentur ad Statuta Generalia, suæ observantiæ Strictiori non contraria. Major est ipsorum Recollectorum: Minor est expressa in Bulla Greg. Et consequentia infertur.

328 Confirmatur: Statutum fieri debet eorum consensu, quorum interest, ac proinde eis resultat obligatio illud observandi, ut affert Tambur. de jur. Abb. tom. 3. disp. 3. q. 1. num. 3.: Ideo ad Statuta pro utraque Familia condenda, concurrunt utriusque Familiæ Vocales: In altera Familia Reformati sua sibi condunt Statuta, quin Observantes concurrant, quia istorum non interest; cæterum Reformati concurrunt ad Statuta alterius Familiæ, quia illorum interest; tenentur enim ad illa, si strictiora non habent.

329. Et in hac nostra Familia Recollecti Galliæ concurrunt ad Statuta pro tota Familia condenda, & in Congregatione Generali habita Matriti anno 1685. Fr. Honoratus Le Balluez, Diffinitor Generalis, Ex-Provincialis Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ Recollectorum fuit nominatus Revisor Statutorum Familiæ: Ergo quia tenentur ad ea.

Recollecti concurrunt ad Statuta Generalia condenda.

330. S. P. N. Franciscus incepit Seraphicam Structuram ab exactissima obedientia: *Vivendo in obedientia &c.* & ut non sit schisma inter membra corporis Religionis, unico spiritu obedientiæ informantur: Et LEO X. ex omnibus purè, & simpliciter Regulam B. Francisci observantibus unum corpus simul faciens, ad invicem perpetuo univit, & Clem. VIII. inter ejus Bullas impressas 92. loquendo de Discalceatis inquit: *Ipsi constituunt unum identificum Ordinem S. Francisci . . . ne alias contingat absurdum, quod membra separentur a corpore.*

331. Ex quo dicebatur in memoriali, præsentato ad S. Congregationem a R. A. P. Gravois, anno 1740. tunc Procur. Generali Recollectorum, & Discalneatorum, & in alio præsentato a suo Suc-

Membra non separantur a corpore.

 cef-

ceſſore, anno 1744. apud novum Bull. Diſc. tom. 4. pag. 227. & 250. num. 48. & pag. 486. num. 563. & 564. & num. 572., quod Conſtitutiones Generales 1633. & 1688., in quibus imponitur cuicumque Guardiano cura erigendi, & propagaadi tertium Ordinem, eſt lex indefinita, diſponens etiam de Diſcalceatis, ne ſequatur abſurdum, quod membra ſeparentur a corpore: Cum ergo Recollecti Galliæ ſint purè, & ſimpliciter Regulam B. Franciſci obſervantes, unum corpus ſimul facientes, & unum identificum Ordinem conſtituentes, ne ſequatur abſurdum, quod membra ſeparentur a corpoie, tenentur ad leges, & Statuta Ordinis, & Familiæ ipſorum obſervantiæ Strictiori non contraria.

Non tenentur ad Statuta Generalia, dum habent Municipalia Strictiora.

332. Dico ſecundo: Quod Provinciæ Recollectornm, ad Gallicanam Nationem pertinentes, non tenentur ad Statuta Generalia, dùm habent Conſtitutiones Municipales, conducentes ad Strictiorem noſtræ Regulæ, antiquæ ſuæ, & laudabilis conſuetudinis obſervantiam. Ita ad literam in nova Compilatione in Reſtricto citata, & in Tolet. 1583. in Segov. & in Valliſol. 1670. tit. pro utraque Familia, num. 1. ibi: *Intactis ſemper, & in ſuo robore permanentibus Municipalibus Statutis cujuſcumquè Nationis, & Statuſ Reformatorum, ſcilicèt, Italiæ, Excalceatorum Hiſpaniæ, & Recollectorum Galliæ; dummodo non contrarientur Apoſtolicis Conſtitutionibus, & conducant ad Strictiorem ejuſdem Regolæ, ac antiquæ ſuæ, & laudabilis conſuetudinis obſervantiam.*

Truncatè citatur nova Compilatio.

333. Ex quo ſequitur, quam inutiliter R. A. P. Gravois citet num. 22. Reſtricti, & 15. Summarii Compilationem Statutorum Matriti editam anno 1734. dicentem: Patres Recollectos debere, gubernari juxta Conſtitutiones Apoſtolieas, pro ipſis editas, necnon per ſua propria Nationalia, & Municipalia Statuta: Citat enim truncatè. Ex lege autem Civili 24. ff. de leg. ibi: *Incibile eſt, niſi tota lege perſpecta una aliqua particula ejus proſita judicare, vel reſpondere*: Quare dicebat Juriſconſul. Duareno, poſſem, ſi vellem, demere negationem; ſed metuo pœnam legis Corneliæ de falſis. Compilatio autem citata addit ibi: *Dummodo tales Municipales Conſtitutiones non opponantur Conſtitutionibus Apoſtolicis, & conducant ad Strictiorem noſtræ Regulæ, antiquæ ſuæ, & laudabilis conſuetudinis obſervantiam, ex Valliſol.* 1670.

Provincia S. Dionyſii, & etiam S. Franciſci exprimũt, gubernari, debere etiam per Statuta Generalia.

334. Hæc limitatio in Reſtricto, & Summario omiſſa, exprimit indubitanter, Recollectos gubernari, debere etiam per Statuta Generalia, ſi non opponantur Strictiori obſervantiæ Regulæ, & antiquæ ſuæ laudabilis conſuetudinis obſervantiæ, ex ipſo Greg. XIII., quod fatentur Provinciæ Recollectorum: Et ideò Provincia S. Dionyſii in Annalibus miſſis ad Rm̃um. Samaniego ad annum 1680. pag. 65. inquit: *Regitur hæc Provincia jure communi Ordinis, & proprio . . . ſed maximè nititur Provincia*, ut cæterarum Galliæ Recollectio Clem. Papæ Bulla anni 1601. Et relatio Provinciæ Recollectorum Lugduni, miſſa ad Capitulum Generale 1729. ibi: *Regitur Provincia S. Franciſci in Gallia Recollectorum ad normam Statutorum Generalium, & Municipalium, in cujus rei fidem ſubſcripſimus, & majus ſigillum Provinciæ appoſuimus anno* 1729. *die Febr.* 19. Et quis hoc unquam dubitavit?

335. Noſter Ordo longè, lateque diffuſus ob diverſitatem Regionum

gionum in rigore, & austeritate convenire non potest ultra literalem observantiam Regulæ, & ideò Statuta Generalia Strictiorem vivendi modum non præscribunt. Ne autem Provinciis Strictioris observantiæ fuisset impedimentum Regula illa juris, nempè, *quod Statutum ab inferiori factum, non possit subsistere, quando superiori legi est oppositum, quia lex Superioris per inferiorem tolli, non potest*; consultò in Capitulis Generalibus excipiuntur Constitutiones Municipales, conducentes ad strictiorem Regulæ observantiam; quia tamen allata exceptio solùm ab Ordine procedebat, & poterat ab ipso abrogari, Constitutionibus Apostolicis fuit roborata, & stabilita in perpetuum, & simul declaratum fuit, quo pacto fieri, deberent talia Statuta Strictiora, ut illis, & non Generalibus tenerentur.

Religio ob diversitatem Regionum ultra literalem observantiam Regulæ cõvenire non potest in austeritate.

336. Clem. VIII. in sua Bulla extensionis *quoad Statuta, & Ordinationes, de cætero faciendas*, se refert ad Greg. XIII. *Cum illius vicem*; iste verò ad Clem. VII.: *In Suprema*, ibi: *Et Generalis, & Provinciales Ministri, & eorum Commissarij non possunt impedire prædictos ab eorum Strictiori observantia ipsius Regulæ jura præfatas Declarationes Nicol. & Clem., nec à suo modo vivendi, quem inter se pro dicta Strictiori observantia ordinaverit*: Ergo secundùm Constitutiones Apostolicas Recollecti non tenentur ad Statuta Generalia, dùm habent Constitutiones Municipales pro Strictiori observantia Regulæ.

Recollecti in suo modo vivendi, quẽ pro Strictiori observantia ordinave rint, impediri, non possunt.

ARTICULUS II.

In quo declaratur, quod facultas concessa Recollectis, ut sibi condant Statuta, quibus regantur, & deobligentur à Generalibus, est cum onere; ut sint Strictiora generalibus.

337. CONstat ex dictis, & etiam, quia finis intentus à Summis Pontificibus est, quod Provinciæ Recollectæ regantur per Statuta, ita austeritate plena, ut eorum exacta, & rigidissima observantia conservetur, atque stabilitas majoris, & amplioris perfectionis, quoad vitæ austeritatem, & bonorum omnium promotionem obtineatur, ideoquè Sedes Apostolica eis confert facultatem, ut sibi condant Statua pro sua Strictiori observantia, & deobligentur à generalibus, quæ ita Strictiora non sunt, cum conditione, & gravamine, quod sua Strictiora sint.

Ut ab Statutis Generalibus deobligẽtur, sua debent esse Strictiora.

338. Hoc patet, quia secundum Canonistas, legis, seù Statuti proœmium denotat causam finalem, & intentionem Legislatoris, ac Statuentis, ut dictum est num. 47. & 141. & ex præfatio dispositio declaratur, extenditur, & limitatur, & tota dispositio regulatur; mens autem, causa finalis; & intentio Clem. VIII. Greg. XIII. & Clem. VII.: *In Suprema, est fructus uberes intenta mente cogitare, quos ex Regulæ præfatæ arctiori observantia ipsi Religioni, & toti universali Ecclesiæ speramus proventuros*: Causa ergo motiva, & finalis dictarum Constitutionum Apostolicarum est *arctior observantia*, & in hac arctiori observantia Deo deservire, quin in ea Recollecti impedire possint: Quæ causa finalis in proœmio expressa répetita censeri debet, in tota dispositione, & hæc regulanda per talem clausulam, scilicèt, arctiorem Regulæ observantiam, taliter, ut nihil ordinatum sit in decissione,

Causa finalis est arctior observantia, quæ informat totam dispositionem.

ſtione, quam quod cum arctiori obſervantia adæquetur, cum cauſa motiva totam diſpoſitionem informet, ut inquit Joann. Bapp. Compagno, tom. 1. pag. 19. Deciſſ. 226.: Quarè non abſolutè, ſed ea conditione, quod Statuta Municipalia Recollectorum Strictiora ſint, privilegium exemptionis eis conceſſum eſt.

339. Quarè diſpenſationes Apoſtolicæ, quibus Recollectorum Provinciæ muniuntur ad Regularem obſervantiam conſervandam, & retinendam Strictiori modo inductam, non ſunt relaxativæ legis communis, & Regulæ noſtræ, ſed reſtrictivæ, & corroborativæ, nequè inducunt aliquam diſpenſationem ab obedientia Capituli Generalis, & Prælatorum, ſed tantum, quod *Capitula Generalia, & Prælati non poſſint ordinare, vel præcipere aliquid contra animam, aut Regulam, Strictiori mido obſervandam*, & ideò totum pertinet ad Regulam quoad modum obſervandi Strictiori mudo. Sic licet Concil. Trid. Seſſ. 25. de Regul. cap. 22. plura pro Regularibus Statuerit, ſubdit tamen: *Si qui verò Regulares tam viri, quàm mulieres ſunt, qui ſub arctiori Regula, vel Statutis vivunt . . . eos ab eorum inſtituto, & obſervantia Sancta Synodus amovere non intendit.*

CapitulaGeneralia, & Prælati Generales non poſſunt præcipere Recollectis aliquid contra Animam, aut Regulam, Strictiori modo obſervandam.

ARTICULUS III.

In quo declaratur, Recollectos Galliæ teneri ad Statutum controverſum 1670.

Tenentur ad Stat. 1670,

340. PRobatur ex dictis Artic. 1. & 2. præcedentibus: Quia Recollecti Galliæ tenentur ad Statuta Generalia ſuæ obſervantiæ Strictiori non contraria juxta Conſtitutiones Apoſtolicas; ſed Statutum, decernens obedientiam ad Commiſſarium Generalem Familiæ, non eſt contrarium Strictiori obſervantiæ; & ideò obſervatum in tota alia Familia ab omnibus Reformatis: Et in noſtra Familia in Natione Germano Belgica; quæ ſaltim eſt ſub obedientia Commiſſarii Nationalis, & etiam obſervatur à Diſcalceatis Hiſpaniæ, & Portugaliæ, qui valde rigida, & ſtabili Strictiori obſervantia potiuntur ſub Commiſſario Generali Familiæ: Ergo, &c.

Obedientia adCommiſſarium Generalem Familiæ, non eſt contra ſtrictiorem obſervantiam.

341. Confirmatur: Capitulum Generale 1670. n. 1. intacta reliquit Statuta Recollectorum Galliæ, conducentia ad ſtrictiorem ejuſdem Regulæ, & antiquæ ſuæ, & laudabilis conſuetudinis obſervantiam, ut dictum eſt num. 333.: Ergo per declarationem factam in ipſo Capitulo tit. pro Natione Gallicana num. 4. nempè Provincias etiam Recollectas admittere velut legitimum Prælatum Commiſſarium Generalem Familiæ, non contradicitur Statutis Recollectorum Galliæ, conducentibus ad ſtrictiorem ejuſdem Regulæ obſervantiam, aliàs Capitulum Generale ſibi ipſi contradiceret.

Maximè conducit ad eam.

342. Confirmatur ſecundo: Commiſſarius Generalis Familiæ inſtitutus eſt à Leone X.: Ne ob Religionis amplitudinem debito Paſtoralis regiminis careat beneficio: Et Capitulum Generale 1517. ibi: *Quia ordo Minorum per Orbem diffuſus eſt, ipſeque Rmus P. Miniſter ubique adeſſe, non poteſt, ne abſentia ejuſdem ſit in jacturam partibus Ultramontanis, &c.*: Ergo facultas Commiſſarii Generalis multum conducit ad Strictiorem Recollectorum obſervantiam conſervandam,

ne Familia Recollecta debito Pastoralis regiminis careat beneficio, & ne absentia Generalis ei sit in jacturam. Prælatorum enim, & maximè Generalium est de Strictiori, ac puriori observantia Regulæ curare, justa Constitutiones Apostolicas, & Ordinis, ut Familia in suo modo, & austeritate vivendi, habitus vilitate, & maxima paupertate permaneat: Valdeque proficuum est Provinciis Strictioris observantiæ, quod Generales Prælati per se, vel per suos Delegatos, saltim in Capitulis Provincialibus acta Strictiora de novo constructa, aut etiam antiqua recolant, etsi quid inveniunt Reformationi non consonum, omninò repellant.

343. Uti enim terra fructifera, ut scateat optimis fructibus, expedit, ut sedulò excolatur, ut plures fructus afferat, ne vepribus, ac spinis confecta messis optima suffocetur: Hoc autem prout oportet, ut compleatur valdè conveniens est, quod Familia Recollecta habeat Prælatum Generalem, quando non in sua propria natione, saltim in sua Familia, cum ex altera Familia id præstari, non possit, prout oportet tot Provinciis Recollectis.

344. Probatur secundo: Recollecti tenentur ad sua Statuta Nationalia, & secundum illa debent, gubernari, ut repetit Author in suo scripto; sed Statutum: *Quoniam*, est Nationale, vel Municipale: Ergo, &c. Minor probatur: Licet Statutum sit factum in Capitulo Generali, si non fiat pro toto Ordine, vel Familia, sed pro una Natione sub proprio titulo Nationis, vel pro congerie, seù gremio, vel Provincia, est Statutum Municipale, vel Nationale: Statuta enim Generalia totum Ordinem, vel Familiam comprehendunt; sed Statutum: *Quoniam*, non est Statutum factum pro toto Ordine, vel Familia, sed pro Natione Gallicana sub proprio titulo Nationis, prout comprehendit tres ejus Familias, Congeries, vel Gremia Provinciarum Magnarum, Observantium, & Recollectorum: Ergo, &c. Non est Statut. Generale.

ARTICULUS IV.

An Recollecti Galliæ habeant facultatem condendi Statutum exemptionis ab obedientia Commissarij Generalis Familiæ?

345. SUppono, quod Provinciæ Reeollectæ habent facultatem condendi Statuta: Nam jure communi convenit Capitulis Provincialibus Regul. quoad sibi subditos leges stabilire, prout tenent DD., & affert Bord. tom. 4. resol. 194. num. 115. Lant. verb. Const. cum Angelico Doct. 1. 2. q. 60. Sanct. in Stat. cap. 12., & habetur in cap. in singulis de Stat. Monachor. & supponitur in Bulla Clem. VIII.: *Pro injuncti nobis*, cum ipsæ impediri non possint in suo modo vivendi, quem inter se pro dicta Strictiori observantia ordinaverint, ut inquit Clem. VII. *In Suprema*. Jure habent facultatem condendi Statuta.

346. Respondeo, Provincias Recollectas non habere facultatem condendi Statutum exemptionis à jurisdictione Commissarij Generalis Familiæ. Primo, quia Commissarius Familiæ habet suam authoritatem per Constitutiones Apostolicas, ut dictum est num. 28., & est institutus per Statutum Pontificium in sua prima origine à S. Sede ema- Non autem exemptionis à jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ.

emanatum, ut num. 35. & inferior, qui ad hoc non habet specialem facultatem, minimè juri Superioris derogare, potest. Felin. in c. cum accessissent. num.5. de Const. Barb. in c. cum omnes eodem tit. Et de Officio Episc. part.2. All. 34. num.7. Rota, apud Seraphin. Desc.538., ita habetur cap. quid super his 9. de maritat. & obed. ibi: *Dummodo in ipsa Synodo non ducas aliquid statuendum, quod Canonicis obviet Statutis*. Imò nec Capitulum Generale potest statuere contra statuta in forma specifica, à Pontefice confirmata juxta Bullam Urban. VIII. 5. Junii 1639.

Contra Bullas Apostolicas.

347. Provinciæ autem Rec. non habent specialem facultatem à S. Sede ad simile condendum Statutum: Imo Clem.VIII. in laudata Bulla inquit: *Quoad Statuta, & Ordinationes, de cætero faciendas ultra ea, quæ in prædictis Greg. litteris disponuntur, volumus, ut nullo modo Decretis per nos in visitatione Urbis editis, nec aliorum Summorum Pontificum præd. nostr. Constitutionibus adversentur*.

348. Tum etiam, quia Recollecti tenentur ad Statuta Generalia suæ observantiæ Strictiori non contraria, ut dictum est a num.325., & facultas Commissarii Generalis Familiæ est multum conducens ad stabiliendam, & conservandam Strictiorem observantiam, ut etiam constat a num.340. Non ergo Provinciæ Rec. possunt, contradicere Capitulo Generali, nec revocare Statuta Generalia, cum pars non tollat authoritatem totius, nec debeat, discordare a corpore, ut inquit Suar. de Relig. lib.2. cap.8. num.10., imo neque Statutum Familiæ putest Ordini prævalere Gubern. tom.4. pag.323. vide n.331.

ARTICULUS XV.

In quo proponitur, & solvitur multiplicer argumentum desumptum ex Constitutionibus Nationalibus, & Municipalibus.

Proponitur secundum argumentum.

349. A Athor Restricti num.9. inquit: *Tamdem nostra a Commissario Generali Familiæ independentia oritur a Statutis Municipalibus Congregationis Nationalis anno* 1640. *à Galliæ Recollectis celebratæ*. Hoc Statutum non affertur ab Auctore Restricti sed in hoc Archivio Generali Matritensi in Schrinio Provinciæ S. Dionysii Recollectorum m.1. num.7. reservatur Epistola originalis scripta Parisiis 17. Aprilis 1673. a R. P. Ministro Provinciali S. Dionysii ad Rñum Ministrum Generalem, quem rogat, dignetur, eum excusatum habere ab assistentia Congregat. Generalis Toletan. anni 1673., eo, quod supplicatione factà Regi Christianissimo a Superioribus Galliæ Rec. ut suam interponeret authoritatem, ne cogi possent, adesse Generali Congregationi; jussio Regis secutæ fuit, & transmissit transumptum Constitutionis Nationalis, tenoris sequentis.

350. *Ex Statutis Nationalibus ex cap.8. &c. §.2. de Congregatione Generali intermedia ordinatis: Quando quidem ex Bulla Clem.VIII. nulli subest nostra Recollectio Superiori alteri a Rmo P. Ministro Generali in Ordine, & nullatenus Commissariis Generalibus, electis secundum Bullam Unionis, sed tantum Vicario Generali Nationali, nobis ab Urb.VIII. concesso. Et jam per idem renunciavit Gallia nostra,*

ne Congregationibus Generalibus intermediis adhibitis, quæ extra Regnum convocantur ad hujus Commissarii Generalis electionem juxta Bul. Unionis adesset: Declaramus per præsentes, nullum ex nostris Provinciis, etsi alias vocalem, & legitime vocatum ad hoc teneri, ut ad præfatam Congregationem extra Regnum se transferat. Iste §. est Cap.8. Stat. National. in Congreg. Nationali Nivernensi pro Recollectis Galliæ de verbo ad verbum collectus, quem transmitto ad Rmum.-- Fr. Asarues harueau Minister Provincialis.

351. Plura falsa, & inverosimilia continet hoc Statutum: Primo, supponit suum Commissarium Nationalem, quem vocat Vicarium Generalem, non fuisse subjectum Commissario Generali Familiæ, quod esse falsum constat a num.82. ad 98.: Secundo, supponit, talem Commissarium Nationalem habere facultatem convocandi, & celebrandi Congregationem Nationalem ad effectum condendi Statuta sine permissu Capituli, vel Congregationis Generalis, quod fuit prohibitum Decreto irritante Commissario Generali Germano-Belgico in Capitulo Generali 1639., quamvis possit convocare, & præsidere ad alios effectus, ut declaravit Rmus. Merinero 4. Martii 1641. & testantur Marchent., & Illustrissimus Bergaigne apud Orb. Seraph. tom.1. pag.316. num.6. Fondator in falsa supposizione.

352. Tertio, supponit Recollectos, per renunciationem ab ipsis factam, quando Congregatio Generalis celebratur extra Regnum, non teneri ad illam accedere contra Bullam Unionis, & præceptum Regulæ dicentis: *In quo Provinciales Ministri, & Custodes teneantur semper, insimul convenire, ubicumque a Generale Ministro, fuerint constitutum*. Et quomodo Recollecti poterant hoc renuntiare? Et quis acceptavit, vel potuit, acceptare talem renunciationem contra text. incap. Si diligenti de for. compet. Et in l. jus publicum 38. ff. de Pact.

PRIMA RESPONSIO.

353. Statutum Congregationis Nationalis a Recollectis Galliæ celebratæ anno 1640. loquitur ex suppositione quod haberent Vicarium Generalem Nationalem juxta concessionem, factam ab Urbano VIII. ut exprimit ipsa Constitutio Nationalis, & tunc temporis habebant R.P.Ignatium Le Gault, qui fuit extinctus anno 1642.; & cum nunc non habeant, deficiente levi fundamento, omnino ruit fundatum: Præterquam fundatur etiam in aliis falsis suppositiunibus supra relatis.

SECUNDA RESPONSIO.

354. Dictum Statutum Nationale præsertim fundatur in falsa suppositione, quod vi Bullæ Clem.VIII, extendentis ad Recollectos Galliæ Bullam Greg.XIII. *Cum illius vicem*, Recollecti sunt exempti a jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ, electi secundum Bullam Unionis, ut constat ex ipsa littera Statuti 1640.; dictam autem Bullam non continere talem exemptionem constat a num.84. ad 104. & a num.106. usque ad 154. expressius.

TERTIA RESPONSIO.

355. Datum Statutum Nationale est nullum, quia fundatur in Bulla Greg. a Clem.VIII. ad Recollectos Galliæ extensa anno 1601.; & licet Bul. Greg. contineret exemptionem a Commissario Generali Familiæ, jam tunc temporis talis exemptio erat sublata ab ipso Clemen.VIII. 2. Oct. anni 1600. ut dictum est a num.154. ad 180.

QUARTA RESPONSIO.

356. Data Recollectis exemptione a jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ, ipsi Recollecti ab antiquo tempore cesserunt privilegio, & expressius anno 1670. ut constat a n.180. & seqq.

QUINTA RESPONSIO.

357. Recollecti tenentur ad Statuta Generalia, quæ suæ observantiæ Strictiori non sunt contraria ex ipso Greg. XIII. & Clem.VIII.; & cum secundum Statuta Generalia omnes de Familia teneantur obedire Commissario Generali, quin hoc opponatur Strictioti Observantiæ, Recollecti tenentur ei obedire, nec contra possunt, Statuere nisi nulliter: Ideo Statutum Nationale 1640. mansit revocatum, vel declaratum ut nullum per Capitulum Generale Romanum 1664. tit. pro Gallis, ibi: *Statuta Municipalia pro Gallis, quæ sunt edita ante Statuta Barchinon., recognita Segov. maneant in suo robore; nova vero, si quæ fuerint contra supradicta, & alias Generales Constitutiones, nullius sint roboris*, apud Gub. tom.2. pag.180.

Annales S. Dionysii, & S. Francisci, tabulaque Congregat. S. Bernardini exprimunt, Constitutionem Nationalem nunquam fuisse in usu.

358. Quod, & satis colligirur ex Annalibus m. s. Provinciæ Sancti Dionysii cit. num.237. ubi ad annum 1640. dicitur: Congregatio Nationalis, habita in Conventu Nivernensi die Pentecostis, Provinciarum Recollectarum, omnibus eo per R. P. Vicarium Generalem convocatis Ministris, & Custodibus, & alio cujusque Provinciæ tertio, qui olim fuit Minister Provincialis, vel Diffinitor, & determinata fuerunt: Primo, quod omnes Provinciæ iisdem Statutis Nationalibus regerentur ex selectis Barchinon. & Segov. Generalibus. Secundo, ut in iisdem omnibus Provinciis eædem in Sacris ceremoniæ essent. Tertio, ut Procurator esset ejusdem Provinciæ S. Dionysii. Quarto, quod Provinciales in Provinciis observarent, quod pauperius est, *& nihil ultra*, concludit.

359. *Si nihil ultra*: Ergo Provincia S. Dionysii reputavit nullum vacuum, & innane Statutum Nationale 1640. allegatum in Restricto, & in Summario, & indignum, ut mitteretur ad Rmum Ministrum Generalem pro continuatione Annalium Ordinis. -- Quod, & confirmatur ex Breviario historico m. s. Ortus, & Progressus Provinciæ S. Francisci Recollectorum usque ad annum 1670. a R. P. Provinciali misso ad ipsum Rmum, etiam pro continuatione Annalium Ordinis, quod servatur etiam in hoc Archivo Matritensi in armario hujus Provinciæ ibi: *Ad annum 1640. celebratur Nivernis Congregatio Nationalis Recollectorum, ubi facta sunt quædam Statuta; quæ tamen non sunt in usu*.

Quod

360. Quod, & constat facto, & praxi ipsarum Provinciarum Recollectarum, recurrentium ad Commissarium Generalem Familiæ, & accedentium ad electionem ejus: Et ad Congregationem Generalem 1673., non obstantibus impedimentis extrinsecis, accesserunt tres Provinciæ Recollectæ, ut constat ex Tabulis Capitulorum: Et Tabula Congregationis Provinciæ S. Bernardi Recollectorum celebratæ 28. Januarii anni 1673., quæ reperitur in hoc Generali Archivio Matritensi in Scrinio ejusdem Provinciæ, inquit: *Postremo fuit electus in Vicarium Provincialem ad guvernium Provinciæ in absentiæ R. P. Ministri ad Congregationem Generalem accedentis R. P. Elzearius Salieres, Guardianus Avenionis*. Ex quibus constat, Constitutionem Nationalem, ut ex sua natura nullam, numquam fuisse in usu.

361. Sed replicabis ex num. 10. Summarii, & 14. Restricti, ubi citantur Statuta Municipalia pro Recollectis in Gallia typis edita, & promulgata anno 1686., in quibus expresse legitur, Provincias Recollectas vi Bullæ Clem. VIII. nullo modo recognoscere Commissarium Generalem Familiæ. Item anno 1698. typis edita fuerunt alia similia Statuta, quæ laudata, approbata, & confirmata fuerunt anno præcedenti a Supremo Regis Consilio, & etiam Municipalia Provinciæ S. Dionysii anno 1715.

362. Ad hæc responpetur id ipsum, quod ad Statutum Nationale 1640., quod referunt, & transcribunt, dum Municipales Constitutiones unius, vel alterius Provinciæ reimprimuntur: Reimpresio autem non validat Statutum. Itaque primo respondeo quod fundantur in Statuto nullo Nationali. Secundo, in falsa suppositione, quod Recollecti sint exempti à jurisdictione Commissarii Generalis per Clemen. VIII. -- Tertio, ex suppositione, quod talis exemptio non esset sublata anno 1600. Quarto, quod cessetunt anno 1670. Quinto, quod non habent Provinciæ facultatem resistendi Statutis Generalibus juxta cap. 64. de Reg. jur. in 6. ibi: *Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi*. Et Clem. Ne Romani 2. de elect. Ideo Capitulum Generale 1664. annullavit supradictum Statutum Nationale.

Facultas imprimendi, vel reimprimendi non est approbatio specifica.

363. Quod hæc Statuta fuerint a Supremo Regis Consilio laudata, approbata, & confirmata nihil addit; siquidem ut scripta dentur typis, requiritur quidem permissio. licentia, vel placetatio etiam Regalis; at contenta in scriptis typis datis non sunt præcepta Regia, nisi aliquid præcipiatur, vel prohibeatur in forma specifica, & in particulari. Anno 1693., vel 94. impressa fuerunt Parisiis quædam opera; at non omnes Artic. in eis contentos approbavit Rex Christianissimus, imò & efficacissime proscripsit. Neque Summus Pontifex aliquid confirmans in forma generica validat, quod ex se nullum est; præterquam facultas Regia non se extendit ad facultates spirituales, nec ad obedientiam, quam profitentur FF. Minores ad suos Superiores.

AR-

ARTICULUS VI.

In quo exemplis declaratus Statuta in contrarium allata, fuisse nulla.

Oppositio Provinciæ Reformatæ Boloniæ circa præcedentiam, nulla.

364. CApitulum Generale 1658. statuit præcedentiam Pro-Ministris alterius Familiæ accedentibus ad Capitula hujus Familiæ; & Provincia Reformata Bononiæ nollebat obedire, eo quod Urbi VIII. in serie præcedentiæ non fecit mentionem Pro-Ministri, & Custodis. S. autem Congregatio præcepit servandum esse illud Statutum, & commissit Ministro dictæ Provinciæ Reformatæ, ut faceret omnino observari Ordinis Constitutiones sub statutis pœnis, apud Orb. Seraph. tom.4. pag:407. Theat. Reg. verb. Pro-Ministr., & v. Præcedent.

Cassatur Stat. S. Mariæ Magdal. & Sormanus in Provincia Conceptionis Recollectorum præcipit observari Statuta Generalia, & non Municipalia,

365. In Romanis 1700. tit. pro Natione Gallicana, ibi: In dicta S. Mariæ Magdalenæ Provincia, sicut, & in aliis tam Recollectorum, & Observantium, quam Cordigerorum, vacante per mortem, aut ex alia causa Ministri Provincialis officio, *servetur Statutum Generale 1639. & 1651.... cassatis Provinciarum Statutis, quæ aliter circa prædicta disponunt*, apud Jul. Venet. pag. 302. Et in Regesto Rmi Ministri Generalis Sormani sub tit. Provincia Concemptionis Recollectorum in Aquitania, ibi: Die 31. Augusti anni 1686.: Decretum, declaratio, & confirmatio electionis in Vicarium Provincialem P. F. Antonii la Rigaudie, non obstante oppositione, & protestatione PP. Fr. Protatii Caunac, & Fr. Renati Servien, declarando eam nullam, & *præcipiendo, ut in posterum in convocatione, & electione Vicarii Provincialis observentur Statuta Generalia, & non Municipalia, & abusus Provinciæ.*

ARTICULUS VII.

In quo confirmatur hæc doctrina ex recopilatione responsionis Ludovici Mariæ de Ameno ad rationes oppugnantium Statutum conditum in Capitulo Generali Tolet. 1682.

Ameno defendit Statutum Generale contra Municipale Reformatorum.

366. CApitulum Generale Tol. anni 1682. tit. pro Reformatis n.1. statuit: *Eos qui integrum Philosophiæ cursum*, & S. Theologiam per 12. annos laudabiliter docuerunt, vel in posterum docebunt, ultimum locum, & præcedentiam obtinere inter eos, qui *Ministri ... fuerunt*. Contra hoc Statntum à Provincia S. Didaci Strictioris observantiæ ad Rmum Sormanum propositæ fuerunt rationes sequentes, apud Gubern. tom.4. à pag.402.

Sententia Rmi Sormani.

367. Prima: Reformati ex Urb.VIII. debent gubernari per Statuta Reformationis, quæ à Capitulo Generali alterari, nec immutari possunt. Respondebat. Ameno: Ita est; sed non per sola Statuta Reformationis, quæ à Capitulo Generali moderari, possunt: Secunda: Illud Statutum non erat firmum. Respondebat Ameno, nullum Statutum illius Capituli foret firmum: Tertia: Tale Statutum non fuit à Sede Apostolica confirmatum. Respondebat cum Sanctor.: Cri-

Criminari Statuta Ordinis, ex eo quod authoritate Apostolica confirmata non fuerint est negare universalissimum Principum lumini naturali totum. Quarta: Renuunt nonnullæ Provinciæ hoc Statutum acceptare licet Provincia Romana ipsum acceptaverit. Respondet. Ameno, Constitutio ex se habet vim obligandi secundum Can. & TT.: Et cum Donato dicebat: Nullam esse requisitam acceptionem à subditis ad hoc, ut lex, à Capitulo Generali lata, absolutè obliget; & quod aliæ Provinciæ in hoc debebant; sequi exemplum Romanæ, ad quod debent compelli.

368. Et denique audito voto quinque PP. ex gravioribus, sententia lata fuit à Rm̃o Ministro Generali Sormano pro P. Ameno 30. Decembr. anni 1694. Et lis fuit extinta, quæ de novo suscitatur, sine novo fundamento in nostro casu; siquidem contra Bul. Unionis, & Constitutiones Generales Ordinis opponuntur quædam Statuta particularia, & clandestina, & non usitata; ut fatentur ipsæ Provinciæ Recollectæ num. 368. 359. & 360.

ARTICULUS VIII.

In quo hæc doctrina iterum confirmatur exemplo Statuti Municipalis, facti vi Bullæ Urb. VIII. à Provincia S. Joseph. Discalceatorum in Hispania, sed nulliter.

369. HÆc Provincia S. Joseph, habet sequens Statutum Municipale, propria authoritate factum cap. 22. num. 13. ibi: *Item declaratur, quod in nostra Povincia* solummodo sunt PP. qui in ea fuerun Provinciales... & declaratur secundum Breve Urb. VIII. *Religiosos viros*, in Bular. Cherub. tom. 4.: Nullus alius gaudere, debet titulo, & exemptione Patris, quamvis fuerit Vicarius per integrum triennium, vel habuerit quæcumque alia officia intra, vel extra *Provinciam*. Hæc dicta Constitutio: Et postea cap. 24. declarant dictæ Constitutiones, quod per illa ultima verba, scilicet: *Et habuerit quæcumque alia officia intra, vel extra Provinciam*, comprehendi omnes Ex-Officiales Generales, qui Ministri Provinciales non fuerint, Affirmans, quod eis sedundum Breve denegatur exemptio Patrum.

Impugnantur Stat. S. Joseph Discalceator. per Joseph a S. Joanne: Per doctissimos viros: Per Procuratorem Generalem Recollectos: Per Rm̃os PP. alterius Familiæ, & declaratur nullum in Capitulis Generalibus 1723. & 1740.

370. Tota prædicta Povincia, & etiam Fr. Joseqh à S. Joanne Ex-Diffinitor Generalis, filius ejusdem Provinciæ credebat, quod per supradictum Breve auferebatur ab omnibus Ex-Officialibus Generalibus, qui Ministri Provinciales non fuerunt titulus, & exemptio Patrum, ut Statutum illius Provinciæ affirmabat. Sed postea à dicto Ex-Diffinitore Generali, & Doctissimis Viris, in utroque jure, & Theologia, ab ipso consultis, Statutum fuit judicatum nullum, quod fuit propositum primo Diffinitorio suæ Provinciæ, & secundo Reverendissimo Biezma, qui judicarunt, quod, quamvis secundum Statuta Generalia Ordinis supra dicto Fr. Joseph, Ex-Diffinitori Generali debeatur præcedentia supra Ex-Ministros Provinciales; tamen cum supradicta Provincia debeat gubernari secundum Bullas Clemente VIII. & Urb. VIII., per suas proprias Constitutiones declararunt pro Ex-Ministris Provincialibus.

371. Ex-Diffinitor Generalis appellavit ad S. Congreg. cui Fr. Jo-

annes Dàmascenus Mesnard, Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum in suo voto proposuit in favorem Oratoris rationes sequentes: Prima, Quia licet Provinciæ Discalceatorum, & Recollectorum habebant à Summis Pontificibus facultatem specialem condendi sibi Statuta, hoc debet intelligi (dicebat in suo voto) de Statutis, quæ conducunt ad conservandam Strictiorem eorum Regularem, & interiorem disciplinam; non tamen de quibuslibet Statutis, quæ possent, condere ad arbitrium contra Statuta Ordinis, quæ regimen publicum totius Religionis respiciunt, ut in casu agitur.

372. Secunda; (prosequitur Mesnard) eorum Statuta particularia nunquam à S. Sede specialiter approbata, & confirmata fuere, & consequenter vim habere non possunt adversus Oratoris jus, quod fulcitur Statutis Generalibus, & litteris Apostolicis. Tertia: Non est credendum, quod Summi Pontifices eis tribuerint facultatem condendi sibi Statuta, contra Reg. juris de alterius jure quæsito non tolendo; alias clarè sequitur, quod per sua Statuta possent limitare etiam authoritatem Mnistri Generalis. Quarta: Statutum ab eis adductum sapit magis propriam utilitatem, propriumque commodum, quam conservationem eorum coloratæ Strictioris in hoc casu disciplinæ.

373. Et denique dictus Mesnard, addebat in suo voto, quod volens officia Generalia, vult, ex consequenti, quæ illis sunt annexa, præcedentia autem supra Ex-Provinciales est annexa Diffinitori Generali, & accessorium sequitur naturam sui principalis: Ergo si Provinciæ Discalceatorum acceptant officium Generale, etiam præcedentiam inferebat dictus Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum. (Hanc consequentiam libenter admittit R. A. P. Gravois: Quare non obedientiam ad Commissarim Familiæ, cum hæc obedientia, sicut illa præcedentia sit accessoria ad Diffinitionem Generalem?)

374. Et ulterius dictus Josephus à S. Joanne, Ex-Diffinitor Generalis poposcit votum RR. PP. alterius Familiæ, & sub suo chirographo, & sub testimonio dicti Mesnard Romæ 1. die Sept. 1711. responderunt pro Ex-Diffinitore Generali Rmi PP. sequentes: Fr. Cælestinus Vice-Commissarius Generalis: Fr. Joannes Ant. de Panormo, Ex-Commissarius Generalis: Fr. Michael Angelus de Candia, Discretus perpetuus Ordinis, & iste addebat, aliter fieri, nec licitum, nec validum esse: Fr. Hieronym. à Laurino Commissarius Generalis Curiæ: F. Cherubim Anardo Ex-Commissarius Generalis: Fr. Franciscus à Brandelio, Procurator Generalis Reformatorum; & denique ipse Mesnard Procurator Generalis Recollectorum, & Discalceatorum. Et sic fuit declaratum in Capitulo Generali anni 1723.: Quæ omnia extense affert novum Bullarium Discalceator. tom.3. à pag. 151. ad 163.

375. Et denique in Capitulo Generali 1740. huic controversiæ fuit impositum perpetuum silentium tit. pro Excalceatis, & Recollectis num.2. ibi: *Productis juribus Provinciæ S. Andreæ Recollectorum in Gallo-Flandria, quibus PP. Ex-Provinciales antiquiores, vigore Constitutionum Municipalium prætendunt præcedentiam à P. A. R. Gildardo Duflos; & auditis etiam juribus in contrarium expositis pro eodem P. Duflos, Diffinitorium Generale mature omnibus perpensis, declaravit, præcedentiam deberi ipsi P. Gildardo Duflos, Ex-Procuratori*

tori Generali Recollectorum, quamquam non fuerit Provincialis, & quod super hoc negotio imponatur perpetuum silentium. Constitutiones ergo particulares, quæ sunt contra Generales, debent esse sub perpetuo silentio.

ARTICULUS IX.

In quo declarantur inconvenientia, quæ sequuntur Religioni ex non admissione Statutorum Generalium.

376. SEquitur primo, Capitulum Generale convenienti vigore non posse sancire leges, quod ab antiquo cognovit nostra Seraph. Religio. Ideo in Generalibus Comitiis habitis ab Observantivus in Conventu Florentiaci Provinciæ S.Ludovici anno 1493. apud Orb. Seraph. tom.3. pag.135. editum fuit sequens Statutum: *Ad expositionem illius Regulæ ubi dicitur: Obediant suis Ministris in omnibus, quem passum ausi sunt nonnulli extorte contrahere ad ea dumtaxat, quæ in Regula continentur expresse; condemnamus, & execrabile judicamus, & quod ex illis infertur de impossibilitate condendi Statuta; ita ut siquis audiatur super his in contrarium affirmare, vel etiam pertinaciter dubitare, tanquam errans, & subversor usque ad debitam revocationem Carceri mancipetur, & idem fiat de eo, qui controverteret pertinaciter, an obedientia debeatur à subditis Prælato.* Capitul. Generale convenienti vigore non posset, statuere.

377. Quod Statutum resolvit, quod Provinciæ non habent jus Constitutionibus Generalibus contradicendi, ut serie dixit Capitulum Generale 1723. pro hac Cismontana Familia num.26.: Si enim haberent jus contradicendi, convenienti vigore Capitulum Generale non posset condere Statuta, & etiam sequeretur obedientiam non deberi à subditis Prælato, & Superiori, uti est Capitulum Generale.

378. Secundo: Sequitur, quod labor Capitulorum Generalium esset, inutilis, & innanis, ut dixit Capitulum Generale Lugduni 1518. ibi: *Et ne labor Capituli Generalis innanis reddatur, declaratur omnia, & singula Statuta in præsenti Capitulo, ordinata, & definita, obligare omnes, & singulos Fratres in suis Provinciis respective Ministro Generali subjectis, nec cuique Provinciæ liceat aliquod hujusmodi Decrum alterare, aut etiam refutare absque Capituli Generalis licentia speciali.* Gubern. tom.3. pag.240. Si enim Statuta Capituli Generalis non ligarent omnes Provincias, & singulos respective Fratres, Capitulum, non habaret authoritatem ligandi, & solvendi, & inobedientes debitis pœnis coercendi, in quo consistit robur potestatis jurisdictionalis, quæ sine hoc, est contemptibilis, utpote inermis, & labor Capitulorum esset innanis, & inutilis. L. final. ff. de offic. cui mand. est jur. *jurisdictio sine coercitione nulla est:* Labor Capitulor. Generalium esset inutilis, & inanis.

379. Tertio: Sequitur, quod integra Religionis nostræ unitas, pax, & prosperitas brevi foret depopulanda, apud Orb. Seraph. tom.3. pag.592., & Chronologiam Seraph. pag. 524. quædam Congregatio Provincialis decrevit, non suscipere Decreta Capituli Generals 1600. absolute; sed recurrere ad Superiores: Congregatio autem immediata Romana sequentem edidit Constitutionem, seu Decretum. *Quoniam* Brevi unitas, & pax Religionis esset depopulanda.

niam insuper notificatum est, ac denuntiatum est nobis, & Capitulo præsenti allatum Decretum quodpiam tam Dei Majestati, quam Summo Pontifici, & toti nostræ Religioni injurium, atque infestum, per quod siquidem auso temerario Minister cujusdam Provinciæ, & Diffinitores in sua Congregatione coacti, non sunt veriti, disquirere non solum, & arbitrari, num debuerint in sua ipsorum Provincia suscipere Statuta, edita in Capitulo Generali Romæ proxime celebrato ... Verumetiam, & Decretum in forma edere, de non suscipiendis simpliciter, ut oportuit, præfatis Statutis, sed suspenso quodammodo ad recurrendum Superioribus, virus sui schismatis, & scisuræ palliantes ... idcirco ad obviandum incendio huic, ab hoste humani generis summisso, quod si mox non fuerit extinctum, integram Religionis nostræ unitatem, pacem, & prosperitatem brevi foret depopulaturum, cum serpendo latenter enitatur adversus Summi Pontificis authoritatem, totiusque nostræ Religionis structuram.

380. *Determinatum, decretumque est in Diffinitorio Patrum, & ordinatum, quod si tale quid (quod absit) in aliqna Proriancia fuerit attentatum, eadem Provincia nomine careat, ipso facto, ejusque omnes Conventus contiguis coaptentur Provinciis, sicut Capitulo melius videbitur expedire. Sed illi omnes præfatæ Provinciæ, qui suum tale præstiterunt in Congregatione arbitratum, executive contrudantur in Carceres, pœna attrocissimi criminis severe mulctandi.* Hucusque dicta Congregatio, & bene.

381. Arbitrium, & Decretum illius Ministri Provincialis, & Diffinitorii de non suscipiendis simpliciter Statutis Capituli Generalis 1600., judicatur à Congreg. Generali Romana immediata integram nostræ Religionis unitatem, pacem, & prosperitatem depopulaturum, si mox incendium non fuerit extinctum: Quid si absolute statuissent contra structuram Religionis stabilitam per Bullam Unionis, & Statuta Generalia Ordinis pluries confirmatam, & in Capitulo Generali 1670. authoritate Apostolia Præsidente in eo Legato à Latere expressius declaratam? Et maxime si hoc faceret unus Diffinitor Generalis Religionis, & non lætenter, sed publicè prætenderet, destruere dictam Religionis structuram. non pro una Provincia, sed pro pluribus ex selectioribus Ordinis, ovum ministrando cæteris portionibus, Familiis, & Nationidus? Certè integra nostræ Religionis unitas, pax & prosperitas brevi est depopulanda, nisi promptum, & efficax adhibeatur remedium.

CA-

CAPUT TERTIUM.

In quo ſolvitur tertium argumentum, deſumptum à praxi, & conſuetudine PP. Recollectorum.

ARTICULUS PRIMUS.

In quo oſtenditur, falſum eſſe aſſumptum Summarii num. 1. ſcilicet, quod omnes Recollectorum Galliæ Provinciæ inconcuſſe, & inalterabiliter a ſolis S. P. N. Succeſſoribus gubernatæ fuerunt, prout hodie à P. V. Rma (loquitur cum Rmo Miniſtro Generali) gubernari, gloriantur, nec ullum alium unquam de corpore Obſervantiæ Superiorem agnoverunt.

382. PRo claritate noto, Recollectorum Provincias inconcuſſe, & inalterabiliter gubernatas fuiſſe, & gubernari à S. P. N. Succeſſoribus, ſicut etiam aliæ Provinciæ Religionis; cum Miniſter Generalis ſit Miniſter, & Servus totius Fraternitatis, & alii Fratres teneantur, ei obedire, ut dictum eſt num. 8.: Imò eſt Prælatus immediatus omnium Provinciarum, Conventum, ac Fratrum, ut num. 16.: Quia quidquid poſſunt Prælati inferiores, poteſt Generalis, tùm etiam, quia lata eſt ſignificatio Superioris immediati: Nam alius eſt Superior immediatus Conventualis: Alius Provincialis: Allus Nationalis: Alius Familiæ, & alius Generalis, & unuſquiſque iſtorum eſt Superior immediatus quoad actus aliquos, qui ab inferioribus præſtari, non poſſunt, ut etiam inquit Peyrin. in Formular. Reg. tom. 2. de Prælat. quæſt. 1. cap. 4.

Miniſter Generalis gubernat Provincias Recollectas, & eſt Prælatus Generalis immediatus earum, ſicut aliarum Provinciarum.

383. Sed Provincias Recollectas à ſolis S. P. N. Franciſci Succeſſoribus gubernatas fuiſſe, nec ullum alium unquam de corpore Obſervantiæ Superiorem agnoviſſe, pluſquam falſum eſſe, conſtat ex noſtris Chronologis. Notat Gubern. tom. 2. pag. 396. n. 233. cum Rapineo, quod noſtra Religio in Gallis, integro 37. annorum circulo, ſcilicet, ab anno 1540. ad 1577. ſub hæretica rabie duriſſima, illorum erroribus inflexibili ſeſe opponens conſtantia, coacta fuit Dòmos, templaque ſua præcipua flammis conſumpta, deplorare, & Filios doctrina, zelo, ac pietate inſigniores, inter tormenta, & inaudita mortis genera magno numero, de hæreſi quidem glorioſe triumphantes, ſed ſibi immature ablatos aſpicere, donec introducta qualicumque pace, per Henricum 3. anno 1577. Recollectio fuit introducta, ut inquit cit. Gubern. n. 234. ex Gualterio, & Rapineo juxta votum Regis Chriſtianiſſimi *ad Hiſpaniæ Recollectionis methodum*.

Religio in Gallis triumphat ab hæreticis.

384. Et ad annum 1583. V. Doziechus ex aſſenſu Rmi Gonzaga, & R. P. Colongio Miniſtri Provincialis Aquitaniæ Antiquioris in Capitulo Provinciali conſtitutus fuit ad gubernandam Recollectionem juxta Bullam Clem. VII. anno 1542. hac de re editam, ut firmius eam ſtabiliret, & tanquam Cuſtos acceſſit ad Capitulum Generale Valliſol. 1593. cit. Gub. num. 236. & pag. 269. n. 4.

Origo Recollector.

Reguntur Constitutionibus à Bonav. Calatag. publicatis.

385. Et anno 1596. Rmus Bonaventura de Calatagirone exposuit Sanctissimo, Recollectionem facilius fore promovendam juxta Clem. VII. Constitutionem, & annuente Pontifice in amplissimas, & devotissimas propagines citius crevit, ut ait laudatus Gubern. n.241. sub Constitutionibus à Calatagirone publicatis, olim à Quiñonio Generali pro Hispanica Recollectione conscriptis, & à Gonzaga itidem Generali Ministro in Tolet. Congregatione revisis. Idem pag.400. num.247. Et istæ Constitutiones non solum præscribunt obedientiam ad Commissarium Generalem Familiæ per hæc verba: *Ejus ordinaria potestas* (Commissarii Familiæ) *ad omnes, & super omnes Familiæ siai creditæ Provincias Fratres, & Sorores, tam Prælatos, quam subditos, se extendit, ac propterea nemo ab ejus obedientia eximitur*, sed etiam ad Ministrum Provincialem.

Juxta Annales S. Dionysii usque ad an. 1601. fundebantur etiam Provincialibus Observantiæ; non vero ab hoc anno ad 1612.

386. Quod, & supponitur in Epistola num.92. relata, scripta a Bonav. Calatagirone ad Capitulum Generale dirigens illud, an Reformatio in partes Galliarum fovenda a Generalibus Ordinis, & Familiæ, per Commissarios Nationales, ab ipsis constitutos, vel sine illis. Et Provincia S. Dionysii declarat in Annalibus, ab ipsa scriptis, & sigillatis, & nobis num.237. citatis, qui dicunt pag.3.: Ab anno 1598. ad 1601. ibi: *Suarum Ministris Provinciarum in his, quæ non erant Reformationi contraria subdebantur*. Et ad annam 1601. referuntur ibi: *Virtute B. Clem.VIII. anno 1601. in favorem Reformationis expeditæ, Custodes dictis Patribus provisi, & dati sunt, qui Provincialium Reformatorum munus obirent*, quod genus regiminis a Greg. XIII. in Italia stabilitum, & a dicto Clem.VIII. ad Recollectos Galliæ extensum usque ad Capitulum Generale Romanum 1612. apud eosdem FF. Reformatos perseveravit, subscribit, & sigillat Provincia Recollecta Parisina.

Ab anno 1601. ad 1612. subdebantur Prælatis Generalibus.

387. Ex quibus clare constat, quod Recollecti Galliæ a suo origine usque ad annum 1601. suarum Ministris Observantibus Provinciarum in his, quæ non erant Reformationi contraria subdebantur. Et ab anno 1601. ad 1612. cum imdependentia a Ministris Provincialibus suarum Provinciarum cum proprio Custode a Provincialibus independenti subdebantur Commissario Generali Familiæ: Siquidem Custodes dati, & provisi anno 1601., Provincialium Reformatorum, seu Recollectorum munus obvibant, ut inquit dicta Provincia S. Dionysii, & munus Provincialium est regere suas Provincias independenter quidem ab aliis Provincialibus, sed cum subordinatione ad Prælatos Generales.

Ab anno 1612. usque ad præsens subduntur Commissario Familiæ.

388. Ab anno 1612. usque ad præsens evidenter constat Provincias Recollectas esse, & fuisse subjectas Commissario Generali Familiæ ex toto Artic.10. proæmii: Ex Bul. Unionis: Fx Const. Generalibus: Ex erectione primaria ipsarum Provinciarum: Ex expressa declaratione Rmi Hierro, ut n.89. & 80.: Et ex eo, quod etiam Commissarii Nationales, quando habiti sunt, erant subjecti Commissario Generali Familiæ, ut constat a num.82. ad 98.: Et in Curia Romana Forenses, & Agentes Recollecti, Procuratori, vel Commissario Curiæ, etiam Observanti, ut a num.98. ad 104. Ideo inquit Gubern. tom.1. pag.417. num.64. ibi: *Sine ulla controversia Ultramontanos omnes* (hujus Familiæ) *Procuratori Ordinis, vel Commissario Curiæ Ultramontano respective pleno jure subjectos conspicimus*. Ex

389. Ex quo sequitur, falsum esse, omnes Recollectorum Provincias nullum alium a Ministro Generali unquam de corpore Observantiæ Superiorum agnovisse. Nam a suo origine usque ad an. 1601. subjiciebantur, non solum Commissario Familiæ, sed etiam Ministri Provincialibus, & usque ad an. 1612. sub Custodibus independentibus a Provincialibus, & usquead præsens sub propriis Provincialibus semper & inconcusse cum subjectione ad Commissarium Generalem Familiæ.

Falso dicitur Recollectorum Provincias nullum alium a Ministro Generali unquam de corpore Observantiæ Superiorem agnovisse.

390. Et ulterius quomodo gloriatur R. A. P. Gravois, se & suos inconcusse, & inalterabiliter a solis Successoribus. S. P. N. gubernatos esse, & fuisse, si anno 1637., quando Religio tota Seraph. singulari exemplo gubernabatur, sine Commissario Generali Familiæ, a Rmo Ministro Generali Campanea, petiierunt Vicarium Apostolicum independentem, sicut etiam anno 1676.? Et cur anno antecedenti, egit Rex Christianissimus tota efficacia per Oratorem suum in Curia Romana, ut Fr. Germanus Allart, sibi acceptissimus eligeretur in Commissarium Nationalem Galliæ propter bella gravissima, furentia Christianissimum inter, & Catholicum Reges, ut ex Archivo Aracœlianum, & Matritensi refert Gubern. tom. 1. pag. 309. num. 7.

Quomodo gloriatur Author se, & suos inalterabiliter a Successoribus S. P. N. gubernatos esse, si quando tota Religio ita gubernabatur, petunt alium a Successore P. Nri?

391. Quomodo pro motivo proponuntur bella, furentia Hispanos inter, & Gallos, quomodo Minister Generalis existebat Romæ usque ad Capitulum Generale 1676.; & nullum erat impedimentum recurrendi Romam, terram amicam, & confidentem, ut insimili advertit Sanctor. in stat. cap. 7. stat. 21.? Et si bellum revera erat impedimentum recurrendi ad Superiorem, non potuit esse quoad Ministrum Generalem, sed quoad Commissarium Generalem Familiæ Didacum Fernandez ab Angulo, Matriti existentem: Sic Franciscus Quiñonius Generalis. dum anno 1625. in Italiam properaret, instituit Commissarium Nationalem in Hispaniis obdifficilem recursum propter bella Gallorum cum Hispanis ad Commissarium Generalem Fr. Arnoldum de S. Felice, Aquitaniæ Provinciæ Ministrum.

Bellum solùm potuit impedire recursum ad Commissarium Familiæ.

392. Hoc verum, quod, quamvis aliquoties nomine Recollectorum Galliæ solicitati sint Vicarii Nationales indeqendentes, vel dependentes; non tamen in rei veritate à tota Familia Recollecta. Siquidem Recollecti interrogati in ardentiori causæ agitatione, singuli Provinciarum Ministri potestati sunt, se in hujusmodi divisionis apparentia nullatenus assentiri. Gub. tom. 1. pag. 306. num. 3. Et etiam constat ex Epistola scripta num. 236. ad Rmum Cremonam, in qua repræsentant, nullatenus consentiendum prætensioni P. Allart: Et idem repræsentarunt ad Congregationem Generalem 1685. apud Jul. Ven. pag. 190. Prætensiones ergo sunt Agentium.

Prætensiones fuerunt Agentium, non Nationis.

ARTICULUS II.

In quo Declaratur, falso affirmari in Summario, num. 11. & in Restricto num. 9. 12. & 15., ab anno 1670. per 70. & amplius annos, Provincias Recollectorum Galliæ a solis Ministris Generalibus gubernari.

363. ET in primis propositio est injuriosa, quæ detrahit observantissimæ Familiæ Recollectæ Nationis Gallicanæ, imputando ei, non observare pactum expressum, scripto declaratum

Est propositio injuriosa Recollectis.

tum, mutua conventione factum, cum Capitulo Generali, & vestitum ex parte Religionis traditione rei promissæ in omnibus Capitulis Generalibus: Et dicere, quod Familia Recollecta nunquam adimplevit conditionem se tenentem ex parte sua, est ei maxime injuriosum.

Consuetudo debet esse rationabilis.

394. Praxis, ac consuetudo, ut habeat vim abrogandi legem, ejusque obligationem debet esse rationabilis, & legitime præscripta, per lapsum temporis de jure requisiti cap. fin. de consuet.: Consuetudo autem non observandi pactum, vestitum ex parte Religionis, traditione rei promissæ, est irrationabilis: Quia contra jus naturale, & Divinum, ut dictum est a num.285. ad 297.: Tum quia pernitiosa, & opposita bono communi Religionis: Cum Commissarius Generalis Familiæ sit institutus a Leone, ne Religio debito careat regiminis beneficio, saltim dum Natio non habet Commissarium Nationalem loco Commissarii Familiæ: Et consuetudo non est rationabilis, si communi utilitati pernitiosa. Ant. Cajet. a D. Bonav. in Exam. Reg. part.2 cap.2. §.6. num.482. cnm communi.

Præscripta per 40. annos.

395. Sed admisso, quod consuetudo non recognoscendi Commissarium Generalem Familiæ, ut suum legitimum Superiorem possit, esse rationabilis, aliquibus inspectis rationibus; (quidquid sit de consuetudine derogante puram legem Ecclesiasticam) consuetudo exemptionis a jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ, non solum est contra leges Apostolicàs, & Ordinis; sed etiam tendit ad tolendum jus quæsitum Commissarii Generalis, & ad acquirendam in dependentiam a Familia Recollecta; & quando consuetudo agit de tolendo jus uni, & acquirendi alteri debet esse præscripta per tempus 40. annorum; Ut est in confesso secundum DD. apud Reiff. lib.1. Decretal. tit.4. §.4. numer.106. 107. & 109.

Imo per 100., & adhuc sic prohibetur.

396. Et idem lib.2. Decretal. tit.26. §. 6. num.166. inquit: Ordines specialiter privilegiati, uti nostra Religio, majori quam 40. annorum præscriptione gaudent. Et addit apud ipsum Engel post Arnoldum, Ordinibus Mendicantibus centenariam præscriptionem a diversis Pontificibus esse concessam. Idem habet Chassaing. Priv. Reg. part.1. cap.5. prop.1. ubi citat. plures Pont. & AA. Et Card. de Luca de Regul. Disc.7. num.5., ad præscribendum a Superiori Ordinario per quandam speciem separationis, & dismembrationis, requiritur, inquit, immemorialis, vel saltim centenaria præscripto. Imo cit. Reiff. §.2. num.40., & Barbos. de Potest. Episc. part.3. Alleg.131. num.10. afferunt cum AA. & leg. ab ipsis citatis, limites, & terminos Provinciarum Diœcesum, vel finibus cohærentia, de quibus quod ecclesiastica ordinatione olim sic præfixi fuerint legitime constat, præscribi, non posse per tempus immemoriale, aut ultra centum annos. Et Dominus loquitur: *Ne transgrediaris terminos quos posuerunt Patres tui*. l. ultima ff. de jurisd. omn. jud.: cum ergo independentia prætensa Recollectorum sit species separationis ab unione facta a Leone X., terminique auctoritatis Commissarii Generalis sint præfixi ab ecclesiastica ordinatione cum extensione ad totam Familiam, nec praxi immemoriali præscribi possunt, cum constet Provincias Rec. Galliæ ad Familiam Cismontanam pertinere.

397. Et quomodo probabitur in oppositum actus præscribentes, non fuisse interruptos per voluntariam acceptationem Diffinitionis Generalis? Qui enim vult principale, vult etiam ea, quæ sunt ei annexa, sicut qui vult, esse Clericus, vult ipso actu, seu alio debito, velle tenetur tali statui obligatorie annexa, ut servare castitatem. v. num.280. & sequentes. — Actus interrumpuntur per acceptationem Diffinitionis, & per recursus ad Commissarium Familiæ.

398. Tum etiam, quia recursus facti ad Ministrum Generalem interrumpebantur per recursus ad Commissarium Familiæ factos: Imo etsi aliqua consuetudo in contrarium fuisset, tum per acceptionem Diffinitoratus Generalis, tum per recursus factos ad Commissarium Familiæ, quin secundum AA., ad abrogationem consuetudinis contra legem, & ad redeundum ad jus commune Minoriticum, petatur lapsus temporis requisiti ad præscribendum.

399. Recursus facti ad Rmum Ministrum Generalem, dum non est facilis, & opportunus aditus ad Commissarium Familiæ Matriti existentem, ratione alicujus extrinsecæ prohibitionis factæ a manu Superiori, vel propter tumultus bellorum, ex quibus oriuntur suspitiones, & diffidentiæ, etiam inter Religiosos: ut advertit Gub. tom.1.pag.305., non inducunt praxim, & consuetudinem, etenim exploratissimi juris est, quod illud, quod fit necessitate, precisse, fiat ad exigentiam necessitatis L. Senatus ff. de offic. Præsid. — Tempore belli non inducitur praxis.

409. Bella vero quando defuerunt in Gallia? Franciscus primus ab anno 1515. per 32. annos usque ad annum 1548. inquibus regnavit, continua habuit bella cum Carolo V. Imperatore, Regeque Hispaniæ. Continuavit Henricus secundus usque ad annum 1559. in quo nupsit filiam suam, vocatam Pacis, cum Philipo II. Et Hugonotorum hæresis continuas excitavit turbas sub Francisco II., Carolo IX. & Henrique III. usque ad IV., qui & bellum gesit contra Hispanos in Belgio ab anno 1695. usque ad pacem 1598. post bella continua 40. annorum, ut refert Henricus Cathanius Dabila. — Bella.

401. Ab anno vero 1600. ad 1700. contra Calvynistas in Gallia, contra Hispanos in Hispania, Italia, & Belgio. Et ab anno 1688. contra majorem Europæ partem fœderatam in Gallos, ut inquit P. Dominic. Sanctio. Ludovicus XIII. confœderatus cum Duce Sabaudiæ contra Hispanos ab anno 1629., & per se ab anno 1635. ad annum 1600.: Et occasione mortis Philippi IV. propter jura Regis Christianissimi in Belgio, ab anno 1665. ad 1679.: Et iterum ocasione electionis Archiepiscopi Coloniensis pugnavit Rex Christianissimus contra majorem Europæ partem, inter quos, & in Hispanos usque ad paem 1697.

402. Designet ergo A. R. P. Gravois 70. & amplios annos, in guibus Galli habuerunt facilem, & opportunum aditum ad recurrendum ad Commissarium Generalem Familiæ Hispanum, & regulariter Matriti existentem. Tumultus bellorum pluries reputatus est pro causa sufficienti, ut Vocales sint excusati a præcepto Regulæ accedendi ad Capitulum Generale: Ego potiori ratione ad omittendum recursum ad Commissarium Familiæ, existentem in terra inimica. — Designetur tempus 70. annorum opportunum ad recurrendum in Commissarium Familiæ.

403. Et unde probabitur, recursos factos ad Rmum Ministrum Generalem fuisse factos, ex parte Familiæ Recollectæ cum animo abrogandi facultatem recurrendi ad Commissarium Familiæ, quod requi-

Cum animo obligandi ex parte Recollectorum.

requiritur ad intentum Allegantis? Quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum. C. fin. de Præb. & l.19. ff. de reb. cred. Dico ex parte Familiæ Recollectæ, & non ex parte agentium, vel Procuratorum eorum in Curia: Quia isti potuerunt, habere talem animum propter privatam interesse: Quia ut advertit Reiff. cit. n.109. in Curia Romana partes litigantes, non nisi de proprio, aut Ecclesiarum sibi Commissarum præjudicio vitando, litigare consuescunt: De nuda enim derogatione legis per consuetudinem contrariam, hujusque validitate, non facile quis tantis sumptibus litigaret, nisi simul privatum interesse concurreret, inquit Reiff. lib.1. tit.4. §.4. num.109. Et cum Agentes Romæ existentes toties hanc quæstionem moverint, quamvis succubuerint pluries, suspicior, esse propter interesse proprium ipsorum, cum non possit, esse propter interesse Familiæ Recollectæ.

Conqueruntur Recollecti de Agentibus.

404. Quæ pluries conquesta est de talibus Agentibus. In hoc Archivo Matritensi in Scrinio Provinciæ Recollectorum Conceptionis manip.1. reperiuntur Articuli, quibus subscripserunt omnes Provinciæ, & Custodiæ Nationis Galliæ: Et P. Hiacynthus Le Feure policitus est, se apud Regem solicitaturum, ut sua authoritate illos stabiliat: Articulusque 5. sic habet: *Nullum habebunt in posterum Agentem in Curia Romana, quia Agentia illa est ipsis onerosa, & refugium Religiosorum indisciplinatorum, contra suos Superiores agere tentantium.* Hæc ergo prætensio non solum est onerosa Familiæ Recollectæ; sed etiam damnosa, utpote tollens ejus libertatem. Non accedunt ad Capitulum Generale ordinarie PP. Tertii Ordinis Nationis Galliæ: Et est ne cum animo abrogandi facultatem, quam habent ad accedendum? Dicant ipsi.

Tertiarii nullum perdere suam libertatem.

405. In hoc Archivo Matritensi in Scrinio Provinciæ Franciæ sub titulo: *Varii instrumenti*, reperitur libellus originalis subscriptus a Patribus Provinciarum Teriii Ordinis Galliæ; scriptus Lutetiæ Parisiorum die 14. Maii 1740., & præsentatus in ultimo Capitulo Generali Vallisoletano, in quo petunt, *conservari in perpetua, & plena accedendi, aut non accedendi ad Capitula Generalia libertate*. Et quis credet Familiam Recollectam Galliæ velle privari perpetua, & plena libertate recurrendi ad Commissarium Generalem Familiæ, cum per hoc, non tollatur ei facultas recurrendi ad Remum. Ministrum Generalem.

ARTICULUS III.

In quo recurso declaratur factos à Recollectis Galliæ *ad Rmm Ministrum Generalem, non probare intentum.*

Gratiæ non tolluntur per non usum.

406. IN primis, isti recursus ad Rmum Ministrum Generalem non probant, Familiam Recollectam non habuisse usum recurrendi ad Commissarium Familiæ, etenim semper habuit: Et constat ex dictis, ulteriusque infra constabit: Et omisso, & non concesso, quod recursum non habuerit ad Commissarium Generalem Familiæ: Familia Recollecta per non usum non amittit suam libertatem recurruendi ad ipsum, cum hoc sit beneficium gratiosum, & gratia non tollatur per non usum, vel usum contrarium, ut v.g. facultas celebrandi

brandi ante auroram secundum DD. apud *Reiff.* lib.5. tit. 33. §. 10. num.209. & 210.: Chassaing. priv. Reg. part.1. tract.1. cap.5. prop.1.

407. Nec Familia Recollecta, nec ipse Commissarius Familiæ possunt expresse renuntiare, cum sit privilegim commune Religionis: Suar. lib.4. de immun. Eccl. cap.3. & Cassaing. cit. prop.3. inquit: *Non licet Rerularibus sine nullitate facti renunciare privilegiis sui Ordinis; quamvis personalibus possint renunciare.* Ex quo sequitur quod nec tacitè possunt renunciare ex longo non usu, seu ex longæva contraria pacientia: Quia quando non adest locus ad expressam renuntiationem, minus ad tacitam; cum renuntiatio tacita non possit superare expressam, sicut nec fictio veritatem. Cardin. de Luca de Reg. Disc.7. num.3.

Nec per renunciationem.

408. Provinciæ Galliæ nominant, & proponunt Prælatis Generalibus Visitatores mittendos ab eis pro celebratione Capitulorum; sed præscribunt nè, aut acquirunt jus ad illos precisè mittendos à Prælatis Generalibus? Respondeat Constitutio 1661. tit. pro Gallis, ibi: *Inhærendo Decreto S. Congregationis declarat Diffinitorium Generale, non competere Provinciis Franciæ de jure postulationem, & nominationem Visitatorum, qui mittuntur à Prælatis Generalibus pro celebratione Capitulorum: Etsi quos hucusque petiiere, & benignitate Superiorum Generalium obtinuerunt, non propter hoc jus aliquod, aut præscriptionem acquirere potuerunt contra dispositionem Bullarum Pontificum:* Orb. Seraph. tom.4. pag.173. & Jul. Ven. pag.99.

Nec acquirunt jus ad Visitatores determinatos.

409. Recursus ergo facti ad Rmum Ministrum Generalem non possunt præscribere contra Commissarium Familiæ: Quia isti recursus sunt meræ facultatis, seu gratuitæ voluntatis. Ita desumitur ex Reiff. lib.2. Decret. tit.26. §.2. num.38. ex l.2. ff. de via publica, ac notat Covar. in c. Posses. part.2. §.4. num.6. istud ulterius probans ex l. Qui jure familiaritatis ff. de Acquir. posses. & l. & habet §. Hospites ff. de Præcar. & l. si mulier ff. quibus modis usufruct. amitt. Gajus lib.2. pract. observat.18. num.4. & 5. Pirh. h. t. n.17., & est comm.

Recursus sunt gratuitæ voluntatis, ut ad Molendinum.

410. Hinc, si centum annis, & ultra, inquit cit. Reiff. quidam iverint ad certum Molendinum, non tamen vi præscriptionis cogi possunt, ut deinceps illuc eant, quia per actus meræ facultatis, seu prorsus liberos, non inducitur consuetudo, nec præscriptio.

ARTICULUS IV.

In quo declaratur, recursus factos à Recollectis Galliæ ad Rmum Ministrum Generalem, non probare in eos habere authoritatem privativè ad Commissarium Generalem Familiæ.

411. DOctissimus August. Barbosa part.3. de pot. Episc. Alleg.124. n.13. ita scribit: Sed dubium remanet data præscriptione jurisdictionis, seu possessionis cumulativæ, quid probandum ad eam præscribendam contra illum, qui jurisdictionem exercet, vel possessionem habet cum alio cumulativè? *Dic, quod necesse habet* (inquit) *illam probvre cum ista qualitate, quod, scilicet, actus possessorios fecerit privative quoad alium.* Citat Mant. dec.207. num.1. Seraph. dec.399. n.1. Post. d. observ.73. n.29.

Ad præscribendum privative requiritur possessio privativa.

It

412. Et idem Barbos. Alleg. 127. num. 18. ex mente, Abbat. Roland. inquit: Opinionem dicentem: *Jura, Episcopalia præscripta per alium illi competere privativè, procedere, ubi per integrum præscriptionis tempus, prescribens solus usus est jurisdictione, & juribus præscriptis; Episcopus verò, vel alius contra quem præscriptio completur, intra tempus usus non fuit: Tunc enim ex quo solus ille, vel quasi possedit, solus acquisivit, & ita privativè, ut colligi potest* (inquit) *ex l. Si quispiam ff. de div. & temp. præsc.*

Cumulativâ præscriptio.

413. *Contraria verò opinio procedat, ubi etiam is contra quem præscriptio completur, intra tempus illius exercuit jurisdictionem, vel alia jura, quæ similiter alius præscribens, quasi possidens exercuit: Tunc enim quia is non solus, sed cumulativè cum alio præscribit, & acquirit, ut videmus* (ait) *contigisse in plerisque causis mixti fori.* Et n. 20. & 21. inquit: *Hujusmodi usum cumulativum interrumpere, & impedire præscriptionem privativam, non cumulativam, dum prescribens acquirit, eo modo quo possedit, & ita privative, si solus; cumulative vero si non possedit solus, in quo posteriori casu alter contra quem præscriptio currit, privatur, & excludit ab illo jure secundum quod solus jurisdictione utebatur, & post præscriptionem cogitur admittere alium secum jurisdictione utentem cumulativè.*

414. Ex quo sequitur, quod frustra affert A. R. P. Gravois praxim 70., & amplius annorum recurrendi ad Ministrum Generalem, ad probandum, facultatem Rmi Ministri Generalis esse privativam, quoad Commissarium Generalem Familiæ: Quia non probat tales recursus fuisse factos cum qualitate requisita ad inducendam facultatem privativam, nempe quod recursus fuerint facti ad Rmum Ministrum Generalem solum, & quod iste solus privative ad Commissarium Generalem Familiæ Jurisdictionem exercuerit, cum etiam constet, & constabit ex cathalogo statim apponendo, Commissarium Generalem Familiæ etiam exercuisse suam jurisdictionem in Recollectis Galliæ.

Eo modo præscribitur quo possidetur.

415. Ex quo etiam sequitur, quod, cum Minister Generalis solus non gubernaverit Familiam Recollectam, siquidem etiam Commissarius Generalis Familiæ: intra tempus præscriptionis, usus est sua facultate, Minister Generalis non solus, sed cumulative cum Commissario Generali Familiæ præscribit, quia ex præscriptione, vel praxi acquiritur facultas eo modo, quo possidetur. Ad idem inquit cit. Barb. Aleg. 54. num. 39.: Non erit inconveniens, quod jurisdictio una ordinaria sit penes Episcopum principaliter, & penes ejus Vicarium secundariò in exercitum ex commissione legis.

Possessio Superioris, & inferioris compatibilis.

416. Tùm etiam, quia ad pribendam jurisdictionem privative quoad alium, requiritur, ut exercitium jurisdictionis factum ab uno, sit incompatibile cum exercitio jurisdictionis alterius, & unum exercitium tendat ad privandos alterius actus, nec habeat titulum distinctum: Quia ubi unus Prælatus actus jurisdictionis exercet jure suo compatibili cum jure alterius Prælati, tunc actus referuntur ad jus proprium sine præjudrcio alterius. Innoc. Calderin. Card. de Luca de Regul. Disc. 7. num. 6. -- Cum ergo exercitium facultatis Ministri Generalis, & Commissarii Familiæ sint compatibilia, uti ministeria Prælati Superioris, & inferioris, ut patet in aliis Prælatis Ordinis, neuter privative præscribit, sed cumulativè.

417. Præ-

417. Prælaudatus Barb. Alleg. 124. firmat hanc conclusionem: *Jurisdictio in dubio cumulativè, & non privativè quæsita judicatur*, cum infinitis legibus, & AA. ab ipso citatis. Et quod per cumulationem plurium judicum multo magis bono publico consulitur juxta leges, & AA. ab ipso cit.: De quo bono communi cur debet pripari Familia Recollecta Galliæ, adhuc si esset aliqua dubitatio? Provinciæ Recollectæ habent pro se Bullas Greg. XIII. & Clem. VIII. quibus inhibetur Prælatis Generalibus aliquid eis imperare, contra sua Strictiora Statuta, & circa hoc, ipsi Recollecti sunt judices constituti: Et in recursibus faciendis, habent libertatem ad recurrendum ad Ministrum Generalem, vel Commissarium Generalem Familiæ. Vide num. 15. ubi dicilur, quod efficacius consulitur subditorum commodis per plures. Vide etiam n. 17. & 21. Per cumulatiouem melius bono communi consulitur.

ARTICULUS V.

In quo proponitur, & respondetur ad argumentum Restricti num. 13. 14. 15. 16. & Summarii num. 11.

418. IN Restricto cit. & in Summario num. 11. ex Archivo 40. Martirum, refertur elench. plurium Visitator. Qui super Provincias Recollectorum Galliæ fuerunt deputati à Rmis Patribus Rhini, Sormano, & Poerio Ministris Generalibus. Item plura transumpta Patentalium, quibus ab eisdem Rmis deputati fuerunt Commissarii Visitatores super varias tam Observantium, quam Recollectorum Galliæ Provincias: Item variæ litteræ Provincialium, qui ad citatos Rmos pro gubernio Provinciarum recursum faciebant: Inter illas epistola scripta à R. P. Le Feure, in qua habetur: *Congregationis Generalis litteras citatorias excepi, singulis Provinciæ Conventibus sine mora promulgabo*: Item Epistola Rmi Matthæi à S. Stephano, directa omnibus PP. totius Galliæ Nationis, ne ullus Romam accedat absque sua expressa licentia, & consensu proprii Provincialis. Item ex Archivo Generali Ordinis referuntur plures litteræ missæ ad Rmos Laurentium à S. Laurentio, & Matthæum à Pareta, jam Ministros Generales à variis Provincialibus Observantium, & Recollectorum Galliæ, quibus postulant Commissarios Visitatores pro celebratione Capitulorum Prvincialium. Visitatores designati à Generalibus.

419. Primo respondeo: Quod praxis, & consuetudo supra relata privativè ad Commissarium Generalem Familiæ in sensu Allegantis nequeat, esse rationabilis contra pactum, & compromissum, ut dictum est num. 394. Nec præscripta, ut à num. 395. Nec sine interruptione, ut à num. 397. Nec per actus liberos, ut à num. 399. cum animo abrogandi facultatem recurrendi ad Commissarium Familiæ, quas conditiones habuisse simul, & conjunctim recursus factos ad Rmos Ministros Generales, affimanti incumbit probare. Reiff. lib. 1. Decret. tit. 4. §. 7. num. 171., quod numquam probabitur: Imò potius consuetudo recurrendi ad Commissarium Generalem est absolutè probata: Consuetudo enim probatus, si semel obtenta fuit in judicio contradictorio, ut inquit cit. Reiff. num. 174.; & fuit obtenta anno 1612. vide à num. 95. ad 104. Recursus non habent conditiones ad præscribendum requisitas.

Sunt actus gratuitæ voluntatis.

420 Respondeo secundo, quod recursus facti ad Rmum Ministrum Generalem, sunt actus liberæ facultatis, seu gratuitæ voluntatis, qui nunquam præscribunt. Sic Provinciæ Galliæ possunt, afferre plures nominationes factas à Prælatis Generalibus pro celebratione Capitulorum juxta petitionem Provinciarum, at non acquirunt jus, nec præscribunt, ut dictum est à num.408. ad 410.

Solùm possunt præscribere cnmulativè.

421. Respondeo tertio: Quod recursus facti ad Rmos Ministros Generales à Recollectis Galliæ, non probant eorum authoritatem privativè ad Commissarium Generalem. Quia Minister Generalis solus usus non est jurisdictione. Usus est etiam Commissarius Familiæ: Et sic si Minister Generalis præscribit, præscribit cumulativè, quia præscribit eo modo, quo possidet, ut dictum est à n.411. ad 418.

Sicut Provincialis, & Guardianus.

422. Ex quo sequitur, ex testimonio dato à Cudode Atchivi Generalis Aracœlitani, in quo nnm.11. Summarii testificatur, ibi reperiri plures litteras Missas ad Rmos Ministros Generales PP. Laurentium à S. Laurentio, & Matthæum à Pareta, in quibus Provinciales Galliæ petunt Commissarios Visitatores pro celebratione Capitulorum, & exponunt negotia ad gubernium Provinçiarum Observantium, & Recollectorum spectantia: Quod, nova logica, in margine Summarii ponitur: *Hæc probare independentiam Recollectorum à Commissario Generali Familiæ*; alias etiam probarent independentiam à suis Ministris Provincialibus, & Guardianis: Ad plura enim negotia, quæ possunt expedire, Guardiani, & Provinciales, recurrunt ff. ad Rmum Ministrum Generalem.

ARTICULUS VI.

In quo respondetur ad libellos, & attestationes PP. Recollectorum.

423. IN Summario num.11. ex Archivo 40. Martirum citatur libellus supplex ad Rmum à S. Laurentio, in quo dicitur: *Immediata subjectio Recollectorum soli Ministro Generali, fundatur in Constitutionibus Apostolicis, Regum edictis, & praxi continua, nec interrupta*. Item, libellus supplex Idiomate Gallico exaratus, in quo faciunt Recollecti petitionem ad Regem Christianiss. manutenendi in statu, in quo teperiuntur. Attestatio missa, anno 1733. à Diffinitorio Recollectorum Britaniæ, in qua dicitur: *Provincias Recollectas nunquam ulli Commissario Generali alicujus Famil. fuisse subjectas*. Item, attestatio Provincialis S. Dionysii, data 22.Nob.1733.in qua affirmat: *Nullum de Observantia Patrem, nisi Ministrum Generalem exercuisse in Recollectos actum jurisdictionis*, juxta Bullam Clem.VIII. Num. verò 15.Restricti dicitur, recursum fecisse tempore Rmi Soti Commissarii Generalis hujus Familiæ, & tempore Rmi ab Ebora, Commissarii Generalis alterius Familiæ.

Attestationes Recollectorum ex Archivo 40. Martyrum.

Novæ attestationes.

424. Nunc autem Summarium num.13. affert Decretum Provinciæ S. Dionysii approbantis oppositionem R. A. P. Gravois, & etiam plurium Provincialium, & aliquorum Patrum Familiæ Recollectæ Nationis Galliæ.

425. Respondeo primo: Quod libelli, & attestationes fundantur

in

in falsa suppositione, ut dictum est de Statuto Nationali, num.351., & seqq. Respondeo secundo: Constare assumptum libellorum, & attestationum esse falsum, videlicet, nullum de observantia Patrem, nisi Ministrum Generalem exercuisse in Recollectos actum jurisdictionis, & hoc sine controversia, à num.82. ad 104., & ultra deponunt negativè quoad recursum ad Commissarium Familiæ, magis autem credendum est duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus, prout loquitur Joan. Andreas cit. à Reiff. lib.2. Decret. tit.22. §.10. num.298., data ratione, quia possibile est, ubi multi præsentes sunt, duo tantum ad hoc, quod agitur sint attenti; aliis non attendentibus vel non curantibus, & ideò aptius, & naturalius est testimonium affirmantium, quam negantium veritatem: Hinc, ut exemplificat Covarr. instrumento inscripti fuerunt quinque testes, quorum duo tantum fuissent necessarii, & illud duorum testium viva voce comprobetur; non poterit reliquorum trium contrario testimonio reprobari. Auctoritate Bald. Consil.22. lib.2. cui accedit Aymon Consil.56. n.9.

Attestationes sunt falsæ, & in falsa suppositione fundatæ.

426. Libellis ergo, & attestationibus in contrarium adductis ad annum 1733., nulla fides est adhibenda, vel etiam antea productis, cum semper in sententia succubuerint: Si enim tempore Rmi Commissarii Generalis Soti ad Revered. Ministrum Generalem à S. Laurentio, cathalogum suæ prætensæ independentiæ miserunt Recollecti, nulla interfuit sententia, etsi certi, fuerunt, ipsum eos gubernaturum, hoc solum verum est cumulative cum Commissario Generali Familiæ, non privative, hoc enim non potuit, ut dictum est de Reverend. Rhini num.274., etsi tempore Reverendissimi ab Ebora miserunt attestationes, vel libellos ad Curiam Romanam, ex compromisso facto, & concesso à P. Procuratore Recollectorum, eis fuit impositum silentium perpetuum, & pacifice mansit Rmus ab Ebora in sua possessione, sicut antiquitus Procurator Generalis Portillo, Ad quid ergo nunc afferuntur, quæ toties in judicio fuerunt reprobata?

Eis fuit impositum perpetuum silentium.

427. Quoad attestationes Provinciæ S. Dionysii, & aliorum Patrum Recollectorum, quæ de novo adducuntur in gratiam R. A. P. Gravois, bene applicatur dictum Tertul. lib.12. cap.8. ibi: *Pessimæ vero consuetudinis est, libellis esse contentum, quos componit, aut litigatur, aut alii ex genere Advocatorum*. Et nihil addunt nec faciunt jus, ut diximus cum Barb. & Reiff. num.271., cum allegatio partis non faciat jus, & allegare nihil, & allegatum non probare, paria sint: Inò etiam in Bullis Pontificiis solum facit jus earum firma, & robusta decissio, & non expositio partis, ut inqnit Montalv. in Cant. Greg. pag.311. num.71. & Gubern. tom.2. pag.867. num.215., loquendo de relatione, facta à Procuratore Fratrum tertii Ordinis S. Francisci in Gallia, contenta in Bulla Paul. V. *Quæ pro augenda*, 14. Martii 1613., & ubi exponitur, *Ministrum Generalem prohibuisse suis Oservantibus, ut ad habitum tertii Ordinis sæcularium quemquam admittant*, sunt enim scripturæ privatæ ab ipsa parte contraria, vel ejus Procuratore, vel Agente scriptæ; scriptura vero privata, & maxime reperta in foliis solutis, & sine subscriptione valet quidem in præjudicium scribentium. L. Publia Mævia §. fin. ff. Depositi; ad commodum vero eorum minime, ut probat Reiff. lib.1. Decret. tit.22. §. 1. n.12. & §. 6. n.186. vide n.259.

Attestationes novæ non faciunt jus.

AR-

ARTICULUS VII.

In quo declaratur uniformitas utriusque Familiæ in his quæ ad gubernium spectant.

Uniformitas utriusque Familiæ.

428. NUm 16. Restricti, & Summarii, num. 13. dicitur: *Dsinat igitur Rev. Torre, nostram Familiam Cismontanam Ultramontanæ comparare in his, quæ ad gubernium spectant.* Respondeo non posse non comparare circa subjectam materiam: Cum enim gubernium Racollectorum fundetur in Bulla: *Cum illius vicem*, concessa pro Italis, & per Clem. VIII. extensa ad Gallos, gubernium debet esse uniforme: Cum fundamentum sit idem, nec alterabile sit adhuc ab ipso Minivro Generali: Cum hoc solum sit concessum Capitulo Generali in Bulla Unionis; Capitula vero Generalia nolluerunt alterare authoritatem Commissarii Generalis Familiæ respective ad Recollectos Galliæ.

Natio Germano-Belgica an sub Cōmissario Familiæ?

429. Prosequitur Author Restricti in eodem num. & ait: *Natio Germano-Belgica nihil omninò cum Commissario Familiæ tractandum habet.* Circa hoc, an Germano-Belgici subjecti sint, an non, non est meum, sed ut alii videant certitudinem, propositionis allæ, refero dicta aliorum. P. Montalv. in Stat. tom.2. cap.6. art.5. num.5. & 8. inquit: Commissarius, Nationalis (Germ. Belg.) tenetur quotannis rationem reddere Ministro Generali, vel Commissario Generali Familiæ de Capitulis celebratis, & etiam de rebus præcipuis, gestis in illis Provinciis juxta Statutum in Toletan. 1658.: Idem, Compitulatio Statutorum, facta à Rmo Samaniego cap.8. §.8. citans Stat. 1658. & Mirand. to.2. q.11. art.5., in toto Orbe antiquo nullam, inquit, esse Provinciam in tota Cismontana Familia, quæ non sit subjecta Commissario Generali Familiæ. Idem habent Roder. Guber. Sanct. & Lantus.

430. Et in Archivio Matritensi sub tit. Prov. Flandriæ Recollectorum manip.1. n.5. reservatur originalis Epistola, & informatio, quam misit R. P. Mathia Hauzeur Senior Ex-Provincialis Nationis, quater Provincialis Flandriæ, Lector Jubilatur, scripta Leodio 7. Julii 1670., cujus titulus est: *Late constat de authoritate Rev. Commissarii Generalis Familiæ erga Provincias Belgicas*: Et est directa ad Rmum Samaniego: Et in corpore Epistolæ inquit: *Præstita obedientia venio gratulatum præcipue Provinciis nostris Belgicis, quæ mihi ut Seniori Ex-Provinciali commendarunt nostri status Recollectorum tutelam, quod Deus nobis providerit in Commissarium Generalem tam zelosum veræ Observantiæ, & status Recollectorum ... & quod resumserit suam in nos jurisdictionem, quam Commissarii Nationales usurpant ex prætenso Decreto Congregationis Generalis Assisi 1526. ..* (Et post plura concludit) *De quibus omnibus V. Rmam P. informandam duxi ex commissione omnium Recollectorum Belgii, & originalia documenta habeo pro tota hac informatione.*

431. Econtra vero P. Kerckhove cap. 7. in Stat. §.20. affirmat Commissarium Nationalem Germano-Belgicum non subjici Commissario Generali Familiæ: Ex jure statuario Congregationis Generalis Asisiensis à Clem. VII. confirmato, & juxta petitionem in Congreg. Nationalis Gandavi 5. Maii 1642. ab Urb. VIII. in B. *In his authoritatis*

tis nostræ Oct.1652. concesso. Sed circa hoc nihil contentionis mea causa habebit.

432. Solum volo advertere, quod P: Kerckh. licet pro sua opinione potuisset asserre omnia, quæ in suo scripto affert R. P. A. Gravois, præcipue Constitutiones Apostolicas Greg.XIII. & Clem.VIII., utpote etiam extensas ad Nationem Germano-Belgicam: non tamen fecit; ne non bene provisa principia pro sua opinione poneret, & centies in judicio reprobata.

433. In eodem n.16. dicitur: *Certissimum esse Provincias tertii Ordinis Gallia Rev. Ministro General gubernari*. Respondeo, quod Clem.VIII., per B.: *Ex injuncto nobis*, apud Gub. tom.2. pag.856. omnes Tertiarios reformatos Galliæ ex integro Ministro Generali, vel Commissario Generali Utramontano (respectu Italiæ) vel Nationali voluir esse sujectos anno 1603., quod & placetavit Rex Christianiss. & Parlamentum. Ab anno 1613. ex suis habuerunt Vicarium Generalem ad 1642., in quo fuit extinctus: Et in præfatio Bullæ extinctionis Vicarii inquit Gubern. cit. num.209.: *Tertiarios ipsos ad antiquam, & omnimodum solius Ministri Generalis, & Commissarii, ut supra obedientiam, & jurisdictionem voluit esse subjectos*. Et libellus præsentatus ex parte ipsorum in Capitulo Generali ultimo, & relatus à nobis n.405. indicat, RR. PP. Tertiarios nolle, perdere suas libertates. Sed cum Commissarius Familiæ non habebat intentionem jurisdictionis in eos, fundatam in Bulla Unionis, nec in compromisso 1670., nihil mihi cum illis. An Tertiarii Galliæ sub Commissario Familiæ?

434. Prosequitur in eondem num. Author Restricti dicens: *Ex Natione Hispana 17. adsunt. In Indiis, Provinciæ quæ pariter jurisdictionem Commissarii Familiæ in ullo agnoscunt*. Loquitur de Indiis Occidentalibus, quia Orientales sine controvesia recognoscunt. Respondeo in primis secundum Rod. tom.1. qq. Reg. q.52. art.2., Commissarium Generalem Famitiæ non esse privatum sua jurisdictione quoad Fratres Indos „ & sic potest licentiare eos, & licenitat de facto, ut in dictas possint se tranferre Provincias, & ab is possint huc transmeare.. Et P. Miranda in suo Director. Reg. tom.2. q.11. art.5. pro hac opinione citat P. Bovadillam, & supresso nomine aliquos nostri Ordinis Patres, dicentes, hucusque nullam factam esse juridicam exemptionem harum Provinciarum à Commissario Generali Familiæ. An Indiani?

435. Sed quia Rmus Torre non intendit extensionem suæ jurisdictionis dubiam, sed defensare certo præhabitam, concedit cum communiori, præfatas Provincias in actu secundo esse exemptas a jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ, licet prima erectio Commissarii Generalis Indiarum facta fuerit cum subjectione ad Commissarium Generalem Familiæ, nt inquit Gub. tom.3. pag.286.

436. Capitulis enim Generalibus 1583., & 1621. visum fuit propter multa, & gravia negotia Provinciarum Indiarum, quæ passim occurrebant expedienda in Aula Regis Catholici (propter Regium Patronatum) inqua Minister, & Commissarius Generalis non semper residere poterant, & quamvis residerent, occupati in Orbe antiquo, in quo in sola Natione Hispana Commissario Generali Familiæ subjiciuntur 36. Provinciæ, & 3. Custodiæ, vix posse attendere ad gubernium Provinciarum novi Orbis; ideo institutus fuit Commissarius

rius Indiarum immediate subjectus Ministro Generali propter unitatem Capitis: Et judicatum fuit in dictis Capitulis Generalibus exercitium jurisdictionis Commissarii Generalis Familiæ non esse necessariũ ad gubernium Provinciarum novi Orbis; at in ordine ad gubernium Provinciarum Recollectorum oppositum expresse judicavit Religio in suis Capitulis Generalibus.

Si Commissarius Familiæ vocandus mediæ Nationis, Generalis medii Ordinis.

437. Ex suo scripto infert ejus Auctor dicto num. 16. *Si expectaremus Provincias Commissario Familiæ commissas, potius Commissarius mediæ Nationis nuncupandus foret, quam Commissarius Generalis Familiæ*: Sit iste jaculator in quem, & in quos scopum collimat? Collimat in fere omnia Capitula Generalia, facta in Religione Seraphica Matre sua ab anno 1517., in quibus omnibus Commissarius Generalis Familiæ, electus, institutus, vel continuatus fuit: Et factum omnium Capitulorum Generalium vult reformare: Sed uno ictu configit non solum Commissarium Generalem Familiæ; sed etiam ipsum Reverendissimum Ministrum Generalem, cui offert suum libellum supplicem, si non infamatorium.

438. Sicut specialis prerrogativa nostrę Religionis, ejusque Reverendissimi Ministri Generalis est titulus Ministri Generalis totius Ordinis FF. Minorum S. P. N. Francisci, ita Commissarii Generalis Familię, quod sit totius Familiæ: Patet ex Statuto Victoriensi 1694. tit pro utraque Familia num. 64. ibi: *Minister Generalis totius Ordinis, & Commissarius Generalis Familiæ, ex quocumque Religionis membro fuerint ad tales dignitates assumpti... in suis patentibus hunc titulum simpliciter apponant, nimirum: Fr. N. Minister Generalis totius Ordinis FF. Minorum S. P. N. Francisci Fr. N. Commissarius Generalis Ordinis Minorum S. P. N. Francisci in tota Familia Cismontana, vel ultramontana*. Et Religiosis omnibus præcipitur, ut nec ore, nec scripto, nec publice, nec private audeant ipsos alio titulo afficere, vel aliter nuncupare. Hæc Constitutio.

439. Si ergo, hoc non obstante, licet Alleganti, & hoc impune, dicere non oretenus, sed scripto: Non private solum, sed publice, quod Commissarius Generalis Familiæ potius medię Nationis nuncupandus sit. quam Commissarius Generalis Familię, pariter licebit ei dicere quod Minister Generalis potius medii Ordinis FF. Minorum nuncupandus sit, quam totius Ordinis, ut dicebat Boverius in sua Appologia tr. 3. pag. 76. sub nomine Licentiati D. Firmini, cum aliis qui judicabant Rm̃um Ministrum Generalem nostrum injuste intitulari Ministrum Generalem totius Ordinis FF. Minorum ex concessione Leon. X.

Author Restricti accedit ad Boverium.

440. Quia Leo X. concessit hunc titulum, eo quod Prelatos Conventuales, quibus subjiciebantur RR. PP. Capucini, reliquit subditos, quoad confirmationem officiorum ad Generalem Observantium, quę subordinatio jam non subsistit. Dum ergo Author Restricti judicat, Commissarium Generalem Familię potius nuncupandum esse Commissarium mediæ Nationis, quam totius Familiæ, eo quod in Familia aliquæ Provinciæ sint ab ejus jurisdictione exemptæ, accedit ad partes Boverianas calumniantes nostrum Rm̃um Ministrum Generalem, eo quod utatur titulo Ministri Generalis totius Ordinis Minorum, cum totus Ordo Minorum ei non subjiciatur, nempe Conventuales, & Capucini.

ARTICULUS VIII.

In quo declaratur, rationes in Summario, & in Restricto positas, plu ries in Religione fuisse rebrobatas.

441. AD finem anni 1612. duo ex Gallia Recollecti apud Gubern. tom. 1. pag. 412. num. 59. & seqq., Urbem ingressi, Angeli de Carpineto, Procuratoris Generalis Reformatorum sese subjecerunt obedientiæ; & Rodericus de Portillo, Procurator Ordinis conquestus est de violata jurisdictione: Et causa adducta ad Tribunal Rmi Ministri Generalis Hierro, Angelus de Carpineto dicebat: Ex PP. de Observantia solum Ministrum Generalem in Galliæ Recollectos jurisdictionem exercere posse, juxta Bullam Gregor. XIII., a Clem. XIII. ad Recollectos Galliæ extensam, ibi: *Generalis Minister dictorum de Observantia tantum, minime autem Provincialis, sive alii dictorum FF. de Observantia Prælati, aut Commissarii in dictos FF. Reformatos jurisdictionem habeat*, at respondebat Portillo, quod Procurator Generalis representat Ministrum Generalem, & sic venit nomine Generalis.

Portillo obtinet sententiam contra Angel. de Carpineto.

442. Secundo respondebat Portillo: Cum Provincialis sit primo exceptus expresse, reliqui Prælati intelligi debent inferiores Provincialibus: Et si Summus Pontifex excipere, vellet etiam Superiores, expressisset: Et hanc esse communem intelligentiam Observatam a Discalceatis Hispaniæ, qui subjiciebantur Procuratori Generali, non obstante simili exemptione: Et quod secundum ipsas Bullas Recollecti tenentur ad Statuta Generalia, quæ Reformæ, & suo Strictiori modo non opponuntur: Nec Summus Pontifex per privilegia ad Recollectos Galliæ extensa annullat antiqua Ordinis, per quæ Religio est in duas Familias divisa unaquæque cum suo Prælato Generali ex sua Familia.

443. Allegavit etiam Angelus de Carpineto, non interrumptam a sui exordio jurisdictionis suqer Recollectos Gallos possessionem; & contra hanc allegatam possessionem, probavit Portillo, possessionem antiquam suæ jurisdictionis in Galliæ Recollectos. Et denique Rmus Joannes Hierro 11. Februarii 1613. pro Procuratore Generali Portillo pronunciavit sententiam, quam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & privationis officii, ut ab omnibus observaretur, mandavit. Vide ad extensum apud Gubern. cit.

444. Rationes propositas ab Angelo de Carpineto, rejectas a Rmo Ministro Generali Hierro, voluit reproducere Fr. Petrus Chambresto, Conceptionis Recollectorum Aquitaniæ; At Rmus Trexo, Tolosæ 15. Januarii 1615., præcepit, libellos igni tradere, ut dictum est num 300.

Has rationes rejectas reproducit Chamoresto.

445. Iterum suscitavit easdem rationes jam repulsas Petrus Guerra Advocatus in quodam Summario, & Restricto typis dato an. 1735. ut videri potest in novo Discalceatorum Bullario Matriti impresso anno 1746., tom. 4. pag. 123. & seqq. pro A. R. P. Gildardo Duflos, Procuratore Generali Discalceatorum, & Recollectorum contra Reverendissimum Commissarium Generalem ab Evora super dubium, an Patri Commissario Generali Ordinis Minorum competat omnimoda jurisdictio, etiam judicialis supra P. Procuratorem Generalem Di-

calceatorum, & *R*ecollectorum hujus nostræ Fami*l*iæ, ejusque Socios Officiales, & Forenses, existentes in *R*omana Curia.

Iterum Duflos contra Evora.

446. Guerra dicebat pro P. Duflos: Ex Patribus de Observantia solum Ministrum Generalem in *R*ecollectos Galliæ jurisdictionem exercere posse, juxta Bull*as* Greg.XIII. Clem.VIII. Pauli V. & Urban.VIII. sub clausula irritante, & Bullæ Unionis revocatione, executioni demandatas a *R*ege Christianissimo & Clero Gallicano: Item, affert Decretum Consilii *R*egis 18. Julii 1670. quo vetita fuit executio Statuti Vallisol. dicti anni, ex Chronol. historica Provinciæ Parisiensis *R*ecollectorum, & affirmat.3. tantum Provincias interfu*i*sse dicto Capitulo cæteris non vocatis, appellationemque interpositam fuisse, & citat etiam manu scrip. Archivi *R*ecollectornm, & etiam Compilationem Statutorum factam a Provincia S. Dionysii, & denique allegat observantiam vetustam, & nunquam interruptam.

447. Rationes adductæ à R.A.P. Gravois sunt ejusdem ponderis, ut ad oculum patet, ac rationes objectæ à P. Angelo Carpineto contra Generalem Procuratorem o*b*servantem Portillo; & hoc *n*on obstante ille succubuit in sententia lata à Rm̃o Hierro. Rationes verò adductæ à *G*uerra pro *P*. Duflos contra alterius Familiæ Commissarium sunt omnino eædem, fundatæ in iisdem Constitutionibus Apostolicis, & Municip*a*lib*us*: In eadem placetatione Regia: In eadem praxi antiqua, nunquam interrupta (prout allegabatur) *& in eadem appellatione facta* à Decreto Capituli Generalis 1670., quæ unicè affert nunc R. A. P. Gravois in proprium Familiæ Commissarium: In casu ergo P. Duflos quem effectum habuerunt istæ rationes? Inter easdem partes pro Religiosa quiete, & pace concordarunt: Primo: *P. Commissarius Generalis Italus, qui nunquam sibi assensisse declarat jurisdictionem activam in P. Procuratorem Generalem, aliosque PP., Conventus, & Provincias Discalceatorum, & Recollectorum Ultramontanæ Familiæ* (respectu Italiæ) *juxta Apostolicas Constitutiones; protestatur etiam se nec controvertisse, nec controvertere intendere in posterum, imò illæsam, & integram relinquere velle jurisdictionem immediatam P. Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, tam in his quæ ad mores, & disciplinam Regularem pertinent quam judicialem in suos Regulares Forenses, sivè Discalceatos, sivè Recollectos Ultramontanos, prout disponunt Constitutiones Ordinis, & Apostolicæ.*

Duflos declarat authoritatem Evoræ.

448. Secundo: *P. Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum declarat seipsum, omnesque suos Regulares Forenses Discalceatos, & Recollectos, sivè transeunter, sive peemanenter, commorantes in Conventu Aracœlitano, vel in aliis quibuscumque Conventibus, subjectis illi Familiæ sub jurisdictione esse, & fore durante ipsorum permanentia in dictis Conventibus, tam circa mores, & disciplinam Regularem, juxta ecrum particulares Constitutiones respectivè, quam judiciaria P. Commissarii Generalis Cismontani (Itali) tanquam Superioris Generalis in sua jurisdictione, sicut ipsi subsunt alii Officiales Curiæ, & Forenses Ultramontani (nostræ Familiæ) interim quo sub jurisdictione Familiæ Cismontanæ (Italiæ) ubicumque commorentur juxta terminos Constitutionum Ordinis, & Apostolic.*

449. Ter-

449. Tertio: *P. Commissarius Generalis, & P. Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum pro bono pacis unanimiter renunciant omnibus actis, instantiis, & protestationibus invicem factis; super hac controversia, quinimo, ut ipsius nulla supersit memoria, omnia prædicta acta originalia remittere conveniunt ad Eminentiss. Ponentem. Et ut tandem hæc transactio sive concordia perpetuum robur accipiat, partes ipsæ unanimi consensu conveniunt reverenter, ut decet, eam exhibere manu utriusque subscriptam Em. Ponenti, ut S. Congregationis approbotio, & confirmatio accedat &c. In Conventu Aracœlitano 30. Augusti 1734., & accessit S. Congreg. confirmatio 24. Oct. ejusdem anni.* Et Clem. XII. per Bul.: *Exponi nobis* 21. August. 1737. apud dictum Bullarium pag. 201. hæc omnia canonizavit, num. 465. ibi:

450. *Quoad verò jurisdictionem Superioris Cismontaui supra Procuratorem Generalem Excalceatoram, & Recollectorum, suorum Ministrorum, & Forensium pariter volumus, & præcipimus servandam esse concordiam die 23. Augusti anni 1734. ab utraque parte factam, & subscriptam, atque à Congreg. VV. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episc. & Reg. præposita die 26. Sept. ejusdem anni confirmatam.* Confirmat Clem. XII.

451. Rationes in oppositum adductæ minorem merentur applausum contra authoritatem Commissarij Generalis propriæ Familiæ, quam alterius Familiæ, cum ejus authoritas restricta sit ad *F*amiliam ex primæva institutione ejus, & non extendatur ad Religiosos alterius *F*amiliæ, nisi interim quo commorantur in *F*amilia Commissarij Generalis, ut dicitur in concordato; hoc non obstante declaravit *P.* Duflos se, & suos Recollectos esse subjectos Commissario Generali Italo, dùm ibi sunt, quod confirmavit S. Congreg. & canonizavit Clem. XII., & consequenter ipse A. R. *P.* Gravois, usque ad annum 1740. fuit subjectus Commissario Generali Italo: Quomodo ergo affirmat se, & suos nunquam fuisse subjectos ulli de Observantia, nisi Ministro Generali? Authoritas Commissarij Generalis Itali in Galliæ Recollectos, dùm ibi sunt, & subjectio eorum ad illum non est contra Constitutionem Greg. XIII. à Clem. VIII. ad Recollectos Galliæ extensam, nec incurrunt in excommunicationem latæ sententiæ, nec in pœnam privationis Officiorum, perpetuæque inhabilitatis ad alia: Et authoritas Commissarij Generalis propriæ *F*amiliæ in eosdem Recollectos subjectioque eorum ad illam, erit contra Constitutionem Greg. XIII. à Clem. VIII. ad Recollectos Galliæ extensam sub pœnis in dictis Constitutionibus contentis? Scriptum Advocati Guerra, omniaque acta originalia, ut nulla supersit eorum memoria pro bono pacis Commissarius Generalis Italus, & Duflos remiserunt ad Em. *P*onentem: Ad quid nunc suscitantur, transcribuntur, & publicantur?

Subjectio ad Commissarium Familiæ non est contra Constitutiones Apostolicas; Romæ: Quare hìc?

In quo satis fit accusationibus factis apud Rmum Ministrum Generalem contra Rmum P. Torre.

PRIMA ACCUSATIO.

452. TRia expresse attentata tribuit Rmo Torre Summarium, num. 1. & Restrict. num. 19.: Primo: Ex improvisso Rmus Torre littrras circulares transmissit ad Recollectos, quibus de sua electione eos monebat, ac Ministris Provincialibus præcipiebat eas publicare. = Ad hoc optimè respondebat in sua Epistola Rmus Torre, quod in hoc nihil novi attentavit, nihilque aliud fecit, nisi quod in Regestis, & formulariis sui officii annotatur, & quod gestum ex ipsis constat à Rmis Commissariis Generalibus prædecessoribus.

Rmus Torre misit litteras citatorias, sicut Predecessores.

453. Sic Rmus Joannes à Palma, Commissarius Generalis expedivit litteras Patentes ad totam Familiam 20. Martii 1646., ut constat ex ejus Regesto. Sic etiam Andreas Guadalupe, Vice-Commissarius expedivit litteras suæ electionis ad totam Familiam 4. Aprilis 1660., ut constat ex ejus Regesto, pag. 20. Item, litteras convocatorias ad Congregationem Generalem celebrandam 10. Novemb. 1660. Item, prolongationem Congregationis Generalis ad diem 6. Aug. anni 1661. in tota Familia publicavit 2. Maij 1661. Rmus Julianus Chumilla diebus 25. 26. & 27. August. 1687. transmisit patentes convocatorias ad omnes Galliæ Provincias, ut constat ex ejus Regesto, pag. 230. Rmus Cardona 8. Septemb. 1699. convocavit totam Familiam ad Generale Capitulum, præcipiendo, ut litteræ executioni demandarentur in tota Familia. Ludovicus de la Torre, anno 1699. expedivit litteras suæ electionis in Vice-Commissarium Generalem.

454. Rmus Soto intimavit monita Rmi Ministri Generalis directa Observantibus, Recollectis, & Discalceatis = Mortem Innocentii = Decretum Capituli Generalis 1723. pro ejus aniversario = Litteras citatorias ad omnes Vocales Familiæ ad Generalem Congregationem 1726. = Item, ad Capitulum Generale 1729. = Item, litteras remissionis pœnarum ob inobservantiam Bullæ de largitione munetum, expeditas etiam pro Recollectis. = Item, litteras observantiæ cantus Gregoriani. Sic etiam Rmus Torre expedivit litteras circulares etiam ad Recollectos, suæ election's, suffragiorum pro suo antecessore, cum variis documentis, & admonestationibus pro puriori nostræ Regulæ observantia; pnblicando simul indultum Pontificium pro Apostatis 19. Julii 1741. = Expedivit etiam litteras circulares ad omnes Familiæ Provincias cum Brevis insertione SS. D. N. Benedic. XIV. in quo ei concedit titulum Commissarii Generalis = 13. Oct. 1741. expedivit litteras circulares ad omnes Familiæ Provincias cum insertione Brevis revocatoriæ privilegiorum personalium in Religione = Et 14. Julii 1742. alias circulares cum duplici Bulla Bened. XIV. Die 27. Januarii 1643. expedivit literas convocatorias Generalis Congregationis Barcinon. eelebrandæ ad omnes

Sicut Rmus Sotus.

Fami-

Familiæ Provincias 15. Maij, suæ continuationis per Breve Apostolicum. Et alias plures litteras tùm Rmi. Ministri Generalis Laurini, tùm Rmi. Lugagnani, intimando, ut earum contenta executioni demandentur.

455. Quare inquit R. A. Montalv. in Opuscul. pro Cantu Greg. pag. 166. num. 6. ibi: *Ad optimum nostræ ordinis regimen, & ut Superiorum mandata recto, & debito tramite curant, more institutum est, ut Minister Generalis in Familia, de qua est assumptus, per seipsum mandata promat; in altera verò Familia, in qua Commissarius Generalis præsidet, medio isto mandata Ministri Generalis nota fiunt... encyclicis litteris Commissarij Generalis Familiæ.* Hujusmodi praxis habetur in nostro Ordine, & hoc pacto ejus regimen procedit. Ordo quidem hierarchicus exigit quod mandata per suos gradus decendant à Superiori Prelato ad inferiores: A Ministro Generali, ad Commissarium Generalem Familiæ, & Commissarios Nationales: Ab istis ad Provinciales, & per istos ad Guardianos; qui Ordines regiminis notos faciunt suis Communitatibus. Sic Montalv. cit.

456. Author Restricti num. 22. inquit: Si Prædecessores Rmi Torre aliquid simile præsumpserunt, mandata ipsorum irrita, & inania remanserunt, & scribunt, inquit, omnes Galliæ Provinciales, quod non solùm executioni nihil mandarunt de his, quæ præcipiebat Rmus Torre; sed neque ad ipsum ullum dederunt responsum, sic etiam, ait, sprevit R. A. P. Commissarius Nationalis Germano Belgicus, cui quasdam litteras, publicandas in Natione transmiserat, quique nullum ei responsum facere dignatus est. Generalis per Commissarium Familiæ mittit suas expeditiones.

457. Sed Autor falsò hæc supponit, fingit, & figurat, quia oppositum evenit, & in hac Generali Secretaria reservantur Epistolæ, oppositum concludentes. Inter alias Epistola A. R. P. Martini Pauteani, Commissarij Generalis Germano-Belgici, scripta Antuerpiæ 4. Nob. 1741., & directa ad Rmum Torre, ubi dicitur: *Votis vestris satisfacere studui, totique Nationi in Capitulo nostro Bruselis habito mense Octobris, notificavit applausum communem Nationis nostræ, quæ constanti affectu Rmo P. V. millies milliesque gratulatur, quod iterato præsto novis receptis à me litteris vestris duplicibus.* Respondent ad Rmum Torre etiam Recollecti.

458. In alia: R. P. Aubertus Hæazand, Minister Provincialis Provinciæ Recollectorum S. Antonij in Artesia, data Atrebati 6. Nob. 1741. directa ad Rmum Torre, ibi: *Recepi cum paterna vestra benedictione vestram datam encyclicam Matriti die 13. Oct., quam ad omnes nostræ, & vestræ Provinciæ Conventus transmisi, eamque notificavi, & quamprimum executioni mandari curavi* =

459. Minister Provincialis Dubouchet Provinciæ Conceptionis Aquitaniæ Recollectorum 28. Maij 1741. scripsit ad ipsum Rmum Torre: *Litteras circulares vestræ electionis in Provincia incunctanter promulgandas esse.* Et in alia scripta ex Regali Conventu S. Fidei 4. Julij 1743. rescripsit ad idem Rmum: *Quamprimum supradictas litteras simul, & Apostolicas Bened. XIV. in singulis Provinciæ nostræ Conventibus promulgandas curabo.* Idem fecit Minister Provincialis SS. Sacramenti Recollectorum in Gallia, ut constat ex ejus Epistola, in hac Generali Secretaria servata, & scripta 26. Maij 1741., & idem constat fecisse alios Provinciales ex suis Epistolis: Non ergo solùm publica-

blicavit P. Ripert, Provincialis Minister S. Bernardini, & quidam Guardiani; sed etiam alij Provinciales Recollectorum Galliæ.

460. Ex Summario num. 1. inquit R. A. P. Gravois, num. 19. Restricti: *Me instante in Provinciali Capitulo 9. Sept* 1741. *declaratum est, non recipienda, minus publicanda esse Commissariorum Generalium mandata*. Qua authoritate hoc Decretum factum est contra facultatem Commissarij Generalis Familiæ, cui nullus inferior Capitulo Generali legem dicere potest, nec ipse Minister Generalis, nisi juxta facultatem sibi concessam à Capitulo Generali? Cujus firmitatis fuerit hoc Decretum ipsa Provincia immediatè declaravit, dùm anno vix elapso, fecit recursum ad Rmum Torre, petens facultatem celebrandi Congregationem intermediam: Et concessit Rmus Torre? Concessit.

Qua authoritate Gravois fecit hoc Decretum?

SECUNDA ACCUSATIO.

Rmus Torre dedit facultatem celebrādi Congregationem

QUIS talia putaret? Interrogat R. A. P. Gravois; quod attentatum est illud ultra omnem spectationem? Facultatem dedit Rmus Torre Congregationem celebrandi, debito tempore: Siquidem concessit licentiam elapso anno duobus mensibus, & quindecim diebus à Capitulo celebrato: Et dedit hanc facultatem juxta solitum Ministro Provinciali ad totius Diffinitorij petitionem, ut constat ex Regesto Rmi Torre pag. 257. tit. Provincia S. Bernardini Recollector. in Gallia, ibi: 1742., 24. *Nob. expedivit litteras patentes, & facultatem celebrandi Congregationem R. P. Provinciali ad petitionem totius Diffinitorij*. Rmus ergo Torre justè, & rectè usus est jure suo, & facultate sibi concessa per leges, & qui juxta legem operatur, justè, & rectè operatur. Leg. 1. C. de latorib. lib. 10. Fontan. tom. 2. Decis. 556. num. 20. & potest etiam post denegatam à Ministro Generali facultatem, ut cum Sanch. inquit Portel. ver. Dispens. in addit. à num. 18. Nec attentatum dici potest quod fit permitente lege. Reiff. lib. 2. Decret. tit. 28. §. 9. num. 253.

Quando gravamen irreparabile recursus est licitus; at Gravois facilè posset ad Generalem.

462. R. A. P. Gravois gloriatur dicto num. 19. de recursu à se facto ad Regem pro impedienda executione facultatis datæ à Rmo Torre = Certùm est, quod isti recursus sunt recepti apud Tribunalia, & juxta plures sententias Rotales, & ex Portel, inquit Kerckh. cap. 6. §. 3. num. 6., ita practicari in Regno Portugaliæ, & in tota Hispania, & maximè in Gallia; cavendum tamen monet, nè quis fallatur: Nam si gravamen non sit grave, nec injustum judicio boni viri, vel alia via evitabile, vel per appellationem in Ordine, qui hunc modum sub prætextu tuitivæ iniret, censuras incurreret. Et in casu, si ratio vera, & rationabilis causa ad fuisset, ut facultas data à Rmo Torre executioni non demandaretur, sufficiebat recurrere ad Rmum Ministrum Generalem, qui uti supremus Ordinis Prælatus provideret, ut dicebat in citata Epistola ipse Rmus. Torre. Et in simili Rmus. Samaniego in declaratione facta anno 1680. super jurisdictionem Officialium Curiæ in Forenses apud Gubern. tom. 1. pag. 410. num. 56. ibi: *Guardiani Aracœlitani cessare debent à tot scandalosis litibus, tùm intra, tùm extra Religionem: Si enim ex zelo honoris, & boni Religionis moven-*

moventur, medium ac remedium facile, & certè efficax erit, Prælatum Generalem monere. Quod facile potuit R. A. P. Gravois.

463. Dicto num. 19. plura afferuntur contra P. Ripert, ad quæ non est meum respondere: Et solùm adverto, quod P. Ripert habuerit duos Prælatos Generales subordinatos, unum Romæ, alterum Matriti, non est novum: Semper enim ita evenit in Familia Commissarij Generalis: Ita habent Indi Matriti suum Commissarium Generalem Indiarum ibi existentem, alterum Rmum. Ministrum Generalem Romæ, vel alibi existentem: Sic etiam Hispani, Germano-Belgici, & Galli, etiam Recollecti, quantumque agentes velint eos omnes adducere solùm ad Curiam Romanam, cum aothoritas Ministri Generalis sit communicata Commissariis Nationalibus, & Familiæ.

Familia Commissarii Generalis semper habet duos Prælatos Generales Subordinatos.

464. Num. 18, inquit R. A. P. Gravois. *Qui sunt isti PP. innominati, qui apud Reverendissimum Torre me accusant de tali recursu, & apud Rmum. Ministrum Generalem tacent, prorsus ignoro: Hoc scio,* inquit, (ommitto alia dedecora) *alij PP. postulant a me quod Reverendissimus Torre puniatur, & unacum illo debitas luant pœnas illi Religiosi, qui ad illum recurrere ausi sint.* Cum scire desideret R. A. P. Gravois qui sunt isti *PP.* unum pro mille nominabo R. A. P. Diffinitorem Generalem Pontchateau, qui vocat recurrentem *hominem turbulentum*, & dum gratulatus fuit cum aliis Patribus Nationis Rmo. Torre pro sua in Officio continuatione, ob impotentiam celebrandi Congregationem proptet bella, dicebat, quod reccurrens *Romæ dentibus stridebat in Bullam.* Etsi has Epistolas originales, & vivas, & plures aliorum Patrum vult videre R. A. P. Gravois, ostendam quoties voluerit: Etsi plura desiderat, videat Memoriale præsentatum ad Em. Aquaviva a Rmo. Evora anno 1739., & ibi videbit alia plura.

Quærelæ in Rmum Torre, & Gravois.

465. Judicat R. A. P. Gravots cum aliquibus PP. ad ipsum scribentibus, quod Rmus Torre, & ad ipsum recurrentes merentur, ut debitas luant pœnas; ipse vero recurrens sine necessitate ad Tribunalia sæcularia nullas meretur pœnas, sed maximas gratulationes; Licet ipsi, & sibi gratulatur è Roma, & præsentia Rmi. Ministri Generalis, ommittendo Obvium recorsum ad eum, recurrere ad Regem Christianissimum, ut litteræ Rmi Torre excutioni non demandentur; & non licebat Patribus Nationis Galliæ certiorare Rmum. Torre Prælatum Familiæ, ut evitare faceret per se. vel per Rmum. Ministrum Generalem turbulentias causatas a R. A. P. Gravois? Iste apud cit. Bullarium novum tom. 4. pag. 230. num. 10. inculcat contra Provinciam Observantem Portugaliæ, quod hæc in spretum Ministri Generalis recursum fecerit ad Regem in quadam causa cum Provincia Solitudinis ejusdem Regni super fundatione cujusdam tertii Ordinis. Recursus autem ipsius ad Regem Christianissimum è Roma, & præsentia ipsius Ministri Generalis non est in spretum ejusdem. Trabem oculi sui ignorat, & festucam in oculis Fratrum curiose perquirit.

Gravois meretur gratias; recurrentes ad Torre pœnas.

TERTIA ACCUSATIO.

466. NUM. 20. Restricti, & in Summario num. 1. Rmus Torre arguitur, quod die 20. Julii 1742. trasmiserit facultatem P. Alexio Monturo, Provinciæ SS. Sacramenti Recolle-

Rmus. Torre dat licentiam incorporandi.

cto-

ctorum, ut in Magna Franciæ Provincia incorporaretur = Ad hoc bene in citata Epistola respondebat Rm̃us Torre, ipsum ignorare, quid criminis in istis litteris invenerit *R.* A. P. Gravois: Alias idem sæpe commisissent adeo celebres, & venerandi Commissarii Generales a Samaniego, a Zarzosa, & à Soto, ut ex eorum *R*egestis constat; imo ipse Allegans annis 1725. & 1726. studuit Aracœli, & solicitavit incorporationem ibi.

467. Num. 21. Restricti *R.* A. P. Gravois declarat crimen dicendo, quod ex Bulla Greg. XIII. extensa ad *R*ecollectos Galliæ per Clem. VIII. post erectionem Custodiarum in Provincias, ab Urb. VIII. confirmata, *sub pœna Apostasiæ non posse Reformatos discedere à Reformatione sine Sedis Apostolicæ licentia, nec Generalis possit eos à Custodia extrahere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ*. Quis constituit *R.* A. P. Gravois judicem *R*m̃i Torre ad declarandum crimen in his litteris contentum? Et qua forma juris declarat inaudita parte?

Et incidit in Excommunicationẽ juxta declarationem factam a Gravois.

468 Declaravit tamen crimen, num. 21., & ideò num. 22. supponit Rm̃um Torre incidisse in excommunicationem, & alias pœnas, dùm inquit: Si Provincias Recollectas gubernare volebat Rm̃us Torre, leges illas tùm Apostolicas, tùm Nationales, ac Municipales prius legere, prius examinare debebat: *Sicque non incidisset in excommunicationem majorem, & in alias pœnas, contra ipsarum transgressores latas*.

469. Quantùm hæc declaratio R. A. P. Gravois gravet, ut cognoscatur, noto, quod Gubern. tom. 2. pag. 393. num. 227. inquit: His omnibus prorsus antiquitatis, per Urban. VIII. sancitum est anno 1625. ut circa transitum hujusmodi ab Observantia ad reformatos, & è contra, Clement. VII. & Pauli V. in sua Bul.: *Postulat*, dispositiones esse observandas, quæ sic se habent: *Quotiesque aliquis ex FF. Reformatis ob infirmitatem, vel aliam legitimam causam a Reformatione exire, & ad Familiam transire voluerit, in Capitulo, vel Congregatione Provinciali de consensu Custodis, & majoris partis Vocalium Custodiæ illi concedatur*. An autem requiratur etiam licentia Sedis Apostolicæ juxta Bul. Urb. VIII.; *In Cathedra* 5. Nov. 1626., vel sufficiat consensus Provincialis, & majoris partis Vocalium, nollo disputare; & videtur, non requiri.

An requiratur licentia Apostolica ad incomparationem.

Videtur sufficere licentia Diffinitorii.

470. Quia in dicto num. 21. dicitur, varia emanasse Christianiss. Regis Decreta, quibus suis Ministris præcipit, ut auxilium *R*ecollectis præbeant ad omnes incarcerandos *R*ecollectos, qui, sive cum obedientia Superiorum Generalium, (artende quod loquatur in plurali) sivè sine illa, inter Patres Observantes, invito Diffinitorio suæ *R*ecollectæ Provinciæ, remanere prætendunt; ergo per oppositum cum obedientia Prælatorum Generalium, accedente consensu Diffinitorij, Provinciæ *R*ecollectæ inter observantes remanere, & incorporari poterunt. Ergo Prælati Generales juxta adducta a *R.* A. P. Gravois, attentis circunstantiis, licentiare possunt *R*ecollectos, ut incorporentur inter observantes, servatis de jure servandis, juxta Constitutionem Tol. 1583. tit. pro Gallis, ibi: *Nullus mutetur de Provincia in Provinciam, nisi authoritate Commissarii, vel Generalis*: Nempè accedente, consensu Diffinitorij Provinciæ *R*ecollectæ ad tenorem dictarum Constitutionum Apostolicarum, & Decreta *R*egis

Cri-

Christianiss. : Et hujus tenoris est licentia concessa à Rmo Torre.

471. Ego infrascriptus testor, quod in Regesto Rmi Torre, tit. Prov. SS. Sacramenti in Gallia sequens annotatio reperitur propriis oculis à me lecta, & exarata ab Scriptore Generali illius temporis, ut apparet, qui jam dudum reversus fuit in suam Provinciam Angelorum; lingua vulgari absque ulla emmendatione, littura, vel oblitteratione tenoris sequentis: 20. *de Julio*, *licentia del P. Fr. Alexo Monturus*, *para que se pueda incorporar en la grande de Observantes*, *servatis de jure servandis*. In cujus fidem manu mea subscripsi in hoc Conventu S. Francisci Matritensi, die 24. Augusti anni 1739.

Fr. Gabriel Garcia Tapiador.

Licentia fuit concessa cum cōditione servandi de jure servandi de jure servanda.

Si ergo Rmus P. Torre, Fr. Alexio Monturus, dedit *licentiam incorporandi* inter Observantes cum expressa clausula: *Servandi de jure servanda* quomodo R. A. P. Gravois declarat crimen non commissum à Rmo Torre contra eum, & ipsum incursum in excommunicationem, & in alias pœnas? Et duplicato Scripto typis dato publicat per Orbem contra Rmum Torre, crimen ab ipso non commissum, & pœnas correspondentes crimini ei falso imputato?

Casus rarus non includitur in Constitutionibus Apostolicis.

472 Et quamvis Rmus Torre absolute dedisset licentiam incorporandi inter Observantes P. Alexio Monturus Recollecto, antequam declararet ipsum incursum in excommunicationem, debebat R. A. P. Gravois examinare motiva Superioris licentiam concedentis.

473. Siquidem rarus casus in prædictis Constitutionibus Apostolicis non censetur inclusus, ut inquit Montalvo in Glos. tom. 2. cap. 18. ar. 4. num. 5. in simili videlicet, quod Prælarus Generalis potest, mittere in Discalceatos Visitatorem, & Præsidem Capituli, Religiosum Observantem ob bella r & alia motiva, ut habetur in praxi in India Orientali. Et idem in opusc. pro cantu Greg. pag. 16. num. 12. assert, accidere posse plures particulares eventus, in quibus illæ circunstantiæ occurrant, quibus liceat Inferioribus dispensare in Superiorum legibus: Et in his terminis dubium non est, quod Prælati Generales possint dispensare in his, quæ sunt expressa in Constitutionibus Apostolicis: Et licet secundum eas ad transitum Recollectorum in observantes requireretur licentia Sedis Apostolicæ, potuerunt occurrere circumstantiæ, quibus valide, & licitè potuisset Rmus Torre dispensare.

Provincialis Turoniæ testatur de aliis.

474. In hac Generali Secretaria servatur Epistola scripta die 18. Martii 1743., directa ad Rmum Torre, in qua Fr. Thomas Grateau Recollectus propter continuas corporis infirmitates petit facultatem incorporandi in Alma Turoniæ Provincia cum attestatione in testimonium veritatis R. P. Ludovici Privizio, Doct. Theologi Sacræ Parisiensis facultatis, & Provinciæ Turoniæ Provincialis antiqui, in qua testatur, in Congregatione intermedia prædicto Patri Recollecto concessam fuisse incorporationem, modo vestræ Rmæ Paternitati placuerit (loquitur cum Rmo Torre) quæ quidem gaatia aliis quibusdam ex Recollectione Patribus jam fuit collata. Hucusque dictus P. Privizio. Et ita debebat judicare R. A. P. Gravois in casu Monturus, Rmum. Torre habuisse motiva, quibus valide, & licitè potuit dispensare. Sed non solum ita judicavit;

Sententia Gravois est contra omnes Commissarios, Capitula Generalia, Recollectos, & ipsum Gravois.

475. Sed finxit licentiam datam sub conditione *servandi de jure ser-*

servanda à Rmo Torre, fuisse absolutam; ut sic declararet, eumincidisse in eycommunicationem majorem, & alias pœnas contra transgressores Constitutionum Apostolicarum latas, & in sententia, R. A. P. Gravois includit omnes Rmos Commissarios Generales Familiæ, qui exercuerunt suam jurisdictionem in Recollectos Galliæ: Imo & fere omnia Capitula Generalia, in quibus committitur gubernium etiam Recollectorum Galliæ Commissario Generali hujus Familiæ: Et expressius PP. celeberrimi Capituli 1670. misere inciderunt in excommunicationem majorem, & alias pœnas contra transgressores dictarum Constitutionum Apostolicarum latas: Patet.

576. Quia in Summario, num. 3. ex Bulla Greg.: *Cum illius vicem* hanc clausulam affert R. A. P. Gravois: *Districtius inhibentes, Generali, & Provincialibus dictorum de Observantia Fratrum... & illorum Generalibus, & Provincialibus Capitulis, ... ne sub indignationis nostræ, & excommunicationis latæ sententiæ eo ipso, si contra fecerint incurrendæ, pœnis, &c.* Et juxta scriptum Allegatis, Capitulum Generale 1670. contra fecit dictis Constitutionibus Apostolicis: cum num. 10. Restricti dicat, Decretum Capituli Generalis 1670. declarans subjectionem Recollectorum ad Commissarium Generalem Familiæ, *nulliter, ac reclamantibus omnibus legibus, fuisse impositum.*

477. Juxta scriptum Authoris easdem merentur pœnas in easque incidunt omnes illi Recollecti, qui jurisdictionem Commissarij Generalis super ipsos agnoscunt; sed omnes Provinciæ Recollectæ agnoverunt ex dictis, & ex elencho statim apponendo: Ergo omnes Recollecti inciderunt in excommunicationem majorem, & in alias pœnas in Constitutionibus Apostolicis, contentas, quin eximatur ipse A. R. P. Gravois, qui hac conditione admisit suam Generalem Diffinitionem; & antea, dùm fuit Romæ, fuit subjectus Commissario Generali illius Familiæ: Et ignoramus an sit absolutus a dictis pœnis: Et ei applicari potest Capitulum illud 97. q. 3. ibi: *Quod si quisquam fidelium fuerit annatematizatus injustè, potius ei obvenit, qui facit, quam qui hanc patitur injuriam.*

ARTICULUS X.

Praxis, & exercitium Commissariorum Generalium Familiæ in gubernio Provinciarum Nationis Galliæ, etiam Recollectorum, usque ad annum 1670.

Usus Statuti supponitur.

478. PRaxis, usus, & exercitium Commissariorum Generalium Familiæ in gubernio Provinciarum Nationis Galliæ, etiam Recollectorum, supponi debet: Quia constat de jure ex Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis. Et ut inquit Barbosa de Clausulis, clauf. 52. num.3. *Usus, Statuti, & Constitutionis regulariter supponitur in tantùm, ut asserenti contrarium onus probandi incumbat: Et hoc quamvis in confirmationem Statuti a Principe esset posita clausula: Dummodo sint in usu.* Potiori ergo ratione debet supponi usus, & exercitium Commissariorum Generalium Familiæ in totam Nationem Gallicanam, cum constet absolute de jure ex Leon. X. & tot Ordinis Constitutionibus.

479. Imò de ipso exercitio constat à num. 87. ad 104., præcipuè ex litteris Rmi Hierro, testantis Custodiam S. Antonij Delfinatus manere sub jurisdictione Commissarij Generalis Familiæ nostræ; & præcipit ut in posterum ita maneat; & in electionibus Custodialibus ille præsideat, qui authoritate Ministri Generalis, sive Commissarij Generalis fuerit *Præses* in Capitulo *Provinciæ* S. Bernardini, ut dictum est n. 88. & seqqs. Si ergo Custodia manebat, & in posterum debebat manere sub jurisdictione Commissarij Ceneralis Familiæ, jam testatur Rmus Hierro praxim, & exercitium Commissarij Generalis Familiæ in Recollectos Galliæ, & antea Procurator Generalis Portillo probavit possessionem antiquam suæ jurisdictionis in eosdem Recollectos Galliæ, num. 443. Supponit Hierro, & Portillo probavit.

480. Et supradictus Rmus Hierro declaravit, Recollectos Galliæ Romam petentes perpetuo mansisse sub jurisdictione Procuratoris, vel Commissariii Curiæ hujus nostræ Familiæ, num. 101. Et Rmus Samaniego in declarationibns ab ipso factis Romæ 13. Januarij 1680. apud Gubern. tom. 1. pag. 410. num. 52. addit in prima declaratione: *Hoc sine contradictione ab immemorabili inconcussè observatum esse*. In tertia vero declaratione inquit: *Hæc enim jurisdictio ab unione Observantium ortum habens . . . ad præsens usque tempus in sua possessione permansit*. Eam supponunt, prosequitur, finalia in litibus Decreta sive Protectoris, sive Congregationum, ut ex ipsis patet. Et Gubern. tom. 1. pag. 424. loquendo de Agentibus Recollectorum ait: *Constare evidentur ex usu non interrupto*, ut in nnm. 102.; ipsos vero Officiales Curiæ esse, & fuisse subjectos Commissario Generali illius Familiæ, constat ex n. 98. & 99., & ita declaravit R. A. *P.* Duflos. n. 435., & diximus hanc fuisse praxim in Religione ab initio, n. 120. & 141.. Vide supra à num. 370. ad 374. Samaniego declarat ab immemoriali inconcussè observatum esse: Et Gubern. ait, evidenter constare de usu non interrupto.

481. Quamvis maxima pars notitiarum periisse non dubitetur, ut afferit Gubern. tom. 1. pag. 261. num. 4., & pag. 471. n. 16., etiam ex Regestis Commissariorum Generalium existentibus in hoc Generali Archivo Matritensi constat, ipsos suam exercuisse jurisdictionem in gubernio Provinciarum Nationis Galliæ, etiam Recollectorum.

482. Rmus Commissarius Familiæ Urbina 26. Februarij 1635. dedit litteras patentes Fr. Joanni Listoc *Provinciæ* Franciæ Parisiensis, ut incorporaretur in *Provincia* Hiberniæ. 3. Aug. 1635. instituit Prædicatorem Fr. Lodovicum Fuge Provinciæ Turionæ *Pictaviensis* Flium, præcipiendo *Provinciali* Reformatornm Aquitaniæ, ut ei designaret Conventum; & alia plura ordiuavit in eosdem Gallos, & Recollectos, ut constat ex ejus Regesto. Urbina exercet.

483. Rmus. Commissarins Familiæ Joannes à *Palma*, electus anno 1645. usque ad finem triennij in quo mortuus est, non solum expedivit litteras *Pastorales* ad Nationem Galliæ, directas etiam ad Recollectos 18. Julii 1645. & 20. Martij 1646., sed etiam 2. Julij, *P.* Fr. *Petrum* de la Cruz, filium *Provinciæ* Aquitaniæ Recollectorum instituit *Prædicatorem*, & Confessarium. 22. Martij 1648. dedit licentiam *P.* Fri. Bonav. Olrien, filio Provinciæ Hiberniæ, ut iret ad studendum in Britaniæ Provinciam R. P. Petrus Manero Vice-Commissarius Familiæ ab anno 1648. expedivit plures litteras non solum Item, Joannes Palma, & Manerus.

in Galliæ Obſervantes, ſed etiam Recollectos, ut P. Lacampre, quem Prædicatorem inſtituit, & Confeſſarium, filium Aquitaniæ Recollectorum.

Item, Joannes Robles, & Guadalupe.

484. Rmus P. Joannes Robles, electus in Commiſſarium Generalem Familiæ 9. Junij 1658., & infra biennium mortuus, exercuit ſuam juriſdictionem, non ſulùm in Obſervantes Galliæ, ſed etiam in Recollectos, ut conſtat ex ejus Regeſto. 29. Auguſti 1658. dedit litteras obedientales P. F. Egidio Imulo, filio Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris, ut viveret de Familia in Provincia S. Mariæ Magdalenæ in Gallia uſque ad novum ordinem Prælatorum Generalium 27. Nov. dedit litteras obedientales P. F. Angelo Du Boys de Maquille, ut rediret ad Cuſtodiam SS. Trinitatis in Gallia. Item, eidem dedit patentes Lectoris Artium, & Theologiæ Moralis. Eodem die dedit litteras patentes P. Fri. Samuel Du Boys de Maquille, Ex-Cuſtodi Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ in Gallia, ut viveret in aliquo Conventu Recollectionis Provinciæ Britaniæ 17. Martij 1659. dedit litteras patentes P Fr. Claudio de Sapia, ut in ſuam rediret Provinciam Aquitaniæ Recollectorum 11. Junii ejuſdem anni dedit litteras obedientiales F. Modeſto Dumas, Provinciæ Conceptionis in Gallia, ut Burgis ſtuderet, & alia &c. R. P. Fr. Andreas Guadalupe, electus in Vice-Commiſſarium Familiæ 12. Januarij 1660., 19. Februarii ejuſdem anni F. Alexio Galtier, filio Provinciæ Britaniæ Prædicatori, & Confeſſorio, obedientales dedit litteras, ut viveret in Provincia Andaluciæ Diſcalceatorum. Die 5. Maij dedit litteras obedientales F. Joanni Franciſco Laico, Provinciæ S. Bernardini in Gallia, ut in ſuam rediret Provinciam. 1. Nov. F. Franciſco Portero, Provinciæ Hiberniæ filio, litteras dedit patentes ut in Provincia Britaniæ Theologiæ ſtuderet, præcipiendo Miniſtro Provinciali Conventus deſignationem: Et plures alias litteras expedivit in eaſdem, & alias Provincias, ut conſtat ex ſuo Regeſto.

ARTICULUS XI.

In quo eadem materia proſequitur ab anno 1670. uſque ad præſens.

Obſervantia immediata ſcripturam firmat.

485. LEges firmantur, *cùm moribus utentium approbatur.* Gratianus in can. 3. diſt. 4.; & acceptatio, & obſervantia, præcipuè immediata ad legem, eam firmat: Siquidem actus ſequens præſumitur geſtus in executionem præcedentis contractus, ſeù mandati, ut inquit Manſ. tom. 6. Conſult. Conſul. 492. num. 7. poſt Barboſ. in axiom. 12. num. 1. cum legibus, & AA. ab ipſo citatis: Et actus, qui ſequitur intentionem præcedentem declarat, inquit cit. Barb. num. 3. & manſ. tom. 2. Conſult. 148. num. 22: Cum actus ſequentes ad ſuam cauſam originalem referantur, & ab illa recipiant interpretationem: Idem, Conſul. 579. num. 65., & obſervantia immediata, & ſubſecuta ad ſcripturam, dubitationis umbram diluit: Imò nullitatem ſanat, & ipſam ſcripturam informat, validamque reddit, inquit prælaudatus Manſ. tom. 4. Conſul. 317. num. 21., & tom. 6. Conſult. 584. nnm. 19. 20. & 21.

486. Poſt

486. Post Capitulum Generale Vallisol. 1670. immediatè tempore ipsius Capituli Generalis, & in ejus præsentia, & Rmi Ministri Generalis Rhini, omnes Provinciæ tam observantiæ, quam Recollectorum totius illustris Nationis Galliæ, praxi usu, & exercitio approbarunt, firmarunt, validaveruntque, diluendo omnem dubitationis umbram, declarationem factam ab ipsis etiam scripto in dicto Generali Capitulo, recognoscendi Commissarium Generalem Familiæ, velut suum legitimum superiorem per recursus factos ad Rmum P. Joseph à Samaniego, Commissarium Familiæ tunc electum.

Omnes Provinciæ Galliæ etiam Recollectorum recurrunt ad Rmum. Samaniego tempore Capituli Generalis 1670.

487. Ego infrascriptus Lector Jubilatus, Archivi Generalis Ordinis in hac Curia Matritensi Custos, testor, in ipso, inter alia instrumenta originalia, & regesta Superiorum Generalium, reperiri quoddam regestum, cujus titulus est: *Liber primus regesti hujus Familiæ Cismontanæ à die 24. Maij anni 1670. in quo fuit electus in Commissarium Generalem Familiæ N. Rmus P. Josephus Ximenez a Samaniego, Lector Jubilatus: Secretarius vero Generalis ejusdem Rmi P. F. Didacus Fernandez de Angulo, Lector Jubilatus*: Et à pag. 201. ad 240. sequentia annotavi: Sub tit. Provincia Franciæ pag. 201. ibi: *Die 30. Maij anni 1670. Vallisol. Rmus Samaniego dedit facultatem visitandi Provinciam Franciæ Parisiensis, & præsidendi in Capitulo P.* F. *Carlos* Fure, *Doctori Parisiensi, & P.* F. *Felici Cueillens, ex Diffinitori Generali, filio Provinciæ Aquitaniæ antiquioris.* = Et in regesto Rmi Rhini Ministri Generalis 30. Aprilis 1671. ibi: *Litteræ confirmatoriæ commissionis datæ a Rmo Commissario Generali P. Cueillens visitandi Provinciam* Franciæ *Parisieusis*. Sub tit. Franciæ Parisiensis in dicto libro 1. regesti Rmi Samaniegn ibi: 30. Maij 1670. Vallisoleti expedivit Decretnm, ut executioni demandaretur Decretum Diffinitorij Generalis, quo præcipiebatur. ut privilegia Lectoris Jubilati observarentur P. *F.* Gabrieli de Orben = 31. Maij anni 1670. Vallisoleti dedit licentiam *F.* Carolo Hardi laico, eundi in Flandriam, & Germaniam.

Provincia Franciæ, & Franciæ Parisiensis recustunt.

488 Sub tit. Provincia Turoniæ cum Custodia SS. Trinitatis: 29. Maij 1670. Vallisoleti expedivit litteras commissionales ad P. *F.* Bonav. Boistel., ut vetificaret quasdam causas in Provincia Turionæ Pitaviensis Die 1. Iunij Vallisoleti expedivit litteras commissiones, visitandi Provinciam S. Bonav. P. F. Nicolao Iobaneau, Patri hujus Provinciæ, & P. Iuliano Brault. Et in regesto Rmi Ministri Generalis Rhini, pag. 231. ibi: 29. Aprilis anni 1671.: Literæ confirmatoriæ commissionis datæ a Rmo Samaniego P. *Fr.* Iuliano Brault visitandi, & præsidendi in Capitulo hujus Provinciæ S. Bonav. cum præcepto exequendi Decreta reformationis.

Item, Turoniæ.

489. In supradicto regesto Rmi. Samaniego sub tit. Provincia Toroniæ Pitaviensis, ibi: Die 2. Iulij 1670. Vallisoleti dedit facultatem visitandi, & præsidendi in Capitulo Provinciæ Turoniæ Majoris P. *F.* Ioanni Lebreton, filio hujus Provinciæ Parisiensis, & P. *F.* Ioanni Lefebre, Provinciæ Franciæ Parisiensis filio: Item, eodem die dedit licentiam pergendi Parisios ad quædam negotia P. *F.* Philippo Greffier.

Item, Turoniæ Pitaviensis.

490. Sub tit: Provincia Aquitaniæ Antiquioris ibi; Vallisoleti 30. Maij 1670. dispensavit cum P. *F.* Anselmo Turbelle, ut posset eli-

Item, Aquitaniæ Antiquioris.

eligi in Guardianum. Eodem die dedit commissionem præsidendi in Capitulo Provincie Aquitaniæ Recentioris P. Fr. Michaeli de Peirelongue: Et in Tabula authentica hujus Provinciæ subscripta, sigillata, & missa ad hoc Archivum Generale sic dicitur: Die 18. Oct. anni 1670. electus est canonicè in Ministrum Provincialem R. A. P. Josephus Gaussem per dictum A. R. Michaelem de Peirelongue Comissarium juxta patentem sibi concessam à Rmo P. Commissario Generali Familiæ: Et hæc Tabula reperitur in Schrinio Aquitaniæ Antiquioris m. 1. num. 2.

491. Die 2. Junii 1670. (notatur in dicto regesto Rmi Samaniego) Vallisoleti dedit commissionem visitandi, & præsidendi in Capitulo Provinciæ Franciæ P. F. Felici Cuillens. Eodem die dedit licentiam permanendi Parisiis P. F. Gabrieli Malartic. Eodem die dedit licentiam eundi Parisios P. F. Hieronymo Barthelemi, & in Schrinio hujus Provinciæ m. 1. num. 13. habetur supplicatio facta ab ipsa Provincia ad Rmum. Samaniego pro revocatione hujus licentiæ. Eodem die (prosequitur in prædicto regesto) dedit licentiam F. Bernardino Portarel, ut ad studendum veniret Complutum. Eodem die dedit licentiam permanendi Parisiis P. F. Guillelmo Caunac. Eodem die dedit licentiam permanendi Romæ ad quædam negotia P. F. Joseph Petit; & eodem die dedit licentiam veniendi Complutum studiorum causa F. Joanni Baptistæ Marveiou. Die 14. Junii anni 1670. Matriti dedit licentiam P. F. Felici Cueillens, ut cum socio grato pergeret Parisios ad exercendum officium Regij Prædicatoris = Eodem die dedit licentiam P. F. Benedicto Dustatet Romam pergendi, & Loretum. Die 6. Julij Matriti dedit licentiam veniendi Complutum studiorum causa PP. F. Hilario Duparent, & P. Cœlestino Filhol Sacerdotibus.

Item, S. Bonaventuræ.

492. Sub tit. Provincia S. Bonaventuræ. Vallisoleti 30. Maij 1670. dedit facultatem incorporandi se in Provincia S. Ludovici PP. F. Francisco, & Fr. Carolo de Bertaud = Matriti 14. Junij 1670. dedit obedientiam in suam revertendi Provinciam P. F. Antonio Bauthais = 18. Julij 1670. instituit Prædicatorem, & Confessarium F. Antonium Heuchaix.

Item, S. Ludovici.

493. Sub tit. Provincia S. Ludovici: 30. Maij 1670. Vallisoleti dedit facultatem celebrandi, & præsidendi in Congregatione Capitulari hujus Provinciæ, Provinciali ejusdem. Eodem die dedit facultatem se incorporandi in Provincia Aquitaniæ Antiquioris P. F. Francisco Dorsuille = Eodem die dedit obedientales litteras ad studendum Salmanticæ, & Compluti N. N. = Die 14. Junij Matriti dedit commissionem visitandi Provinciam Aquitaniæ Antiquioris, & in ejus præsidendi Capitulo P. F. Antonio Legresle.

Item, Aquitaniæ Recentioris.

494. Sub tit. Provincia Aquitaniæ Recentioris: 30. Maij 1670. Vallisoleti confirmavit quasdam litteras, in quibus PP. F. Philippus Campario, F. Franciscus Auconsul, F. Antonius Chartij, & F. Jacobus Rodes, computabantur inter Provinciæ Patres. Matriti 13. Junii 1670. instituit Lectorem Theologiæ P. F. Angelum de Lafarge = In hoc Archivo, in Schrinio Conventus Magni Parisiensis m. 1. num. 33. habetur libellus supplex originalis Rmo. P. N. Commissario Generali commendatissimus, in quo Vocales Provinciarum Franciæ, Turoniæ, & S. Bonaventuræ petunt die 1. Junij 1670., ut prætensa

pater-

paternitas cum jure suffragandi in Diffinitorio suæ respectivè Provinciæ Guardianorum Parisiensium rejiciatur, uti in nulla lege fundata, imò uti repugnans Constitutionibus Barchinonensibus.

495. Sub tit. Britaniæ Recollectorum pag. 225. libri primi dicti regesti Rmi. Samaniego, ibi: Die 2. Junij 1670. Vallisoleti dedit licentiam PP. F. Hilario Pegron, & F. Romano Destogues revertendi in suam Provinciam, & pergendi Parisios = Eodem die dedit licentiam P.F. Hieronymo Novel, ut in suam reverteretur Provinciam = 1. Junij dedit licentiam F. Hyacintho Laibor, & F. Joanni Francisco Lemeur, ut venirent ad studendum in Cantabriæ Provinciam = Eodem die dedit facultatem permanendi per annum in Custodia SS. Trinitatis F. Clementi Guerrai. Item, Britaniæ Recollectorum.

496. Sub tit. Provincia S. Bernardini Recollectorum, ibi: Die 29. Maij anni 1670. Vallisoleti dedit commissionem visitandi Provinciam Aquitaniæ Antiquioris P. F. Salvatori Rufi, Patri hujus Provinciæ S. Bernardini. Die 1. Junij anni 1670. Vallisoleti dedit licentiam permanendi per duos annos Parisiis ad quædam negotia Provinciæ F. Cherubino à S. Maria Rube. Item, S. Bernardini Recollectorum.

497. Sub tit. Provincia S. Dionysij cum sua Custodia, ibi: Die 1. Junij dedit commissionem visitandi Custodiam S. Nicolai in Lotharingia, & præsidendi in Capitulo PP. F. Policarpo Mellet, & F. Urbano Cuillet = Eodem die dedit facultatem visitandi, & præsidendi in Capitulo Provinciæ Recollectorum Legionis Galliæ PP. F. Damasceno Lebret, & F. Natanael Bridou = Die 17. Junii anni 1670. Matriti dedit licentiam, ut P. F. Raphael Legault, viveret Parisiis. Item, S. Dionysii Recollectorum.

498. Sub tit. Provincia Conceptionis Aquitauiæ Recollectorum ibi: Vallisoleti die 30. Maij anni 1670. dedit translationis litteras in Britaniæ Provinciam F. Feliciano Renon, & F. Michaeli Destegui Laicis = Die 2. Junij Vallisoleti dedit litteras patentes PP. F. Simoni de Le Rous Confessario, & F. Sebastiano Legeune, ut transirent in Provinciam S. Mariæ Magdalenæ. Item, Conceptionis Aquitaniæ Recollectorum.

499. Sub tit. Provincia S. Mariæ Magdalenæ die 3. Junij anni 1670. Vallisoleti dedit licentiam pergendi in Antuerpiam Fr. Simoni Du Kau = Die 23. Julij 1670. dedit commissionem visitandi, & faciendi causam excessuum P. Provincialis Provincia S. Dionisij P. Fr. Seraphino Desnux, Patri hujus Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ. Et in Regesto Rmi Ministri Generalis Rhini 19. Februarij 1671. ibi: Præcipitùr Superiori locali S. Laurentii Recollectorum Urbis Parisiensis, ne molestet Sylvestrum Castet Provinciæ SS. Sacramenti, & Seraphinum Desnux S. Mariæ Magdalenæ, examinatores causarum Provinciarum Recollectorum. Item, S. Mariæ Magdalenæ Recollectorum.

500. Sub tit. Provincia S. Francisci Lugdunensis Recollectorum (prosequitur Regestum dictum Rmi Samaniego) ibi: Die 2. Junij anni 1670. Vallisoleti dedit facultatem visitandi Provinciam Recollectorum S. Bernardini, & præsidendi in ejus Capitulo P. Fr. Seraphino de Vasujo, & P. Fr. Philippo Chobat Provinciæ SS. Sacramenti = Die 18. Junij 1670. dedit litteras patentes incorporationis in Provincia SS. Sacramenti Recollectorum F. Constantio de Lugduno laico. Item S. Francisci Lugdunensis, & SS. Sacramenti Recollectorum.

501. In eodem Regesto continuatur exercitium jurisdictionis Rmi Com- Continuat suum exercitium Ximenez.

Commissarij Generalis à Samaniego: Sub tit. *P*rovincia *F*anciæ: Die 30. Sept. 1670. dedit licentiam *Fr*. Dionysio Desmaret, ut iret ad præsentiam Ministri *P*rovincialis Cantabriæ, præcipiendo ei, ut illi designaret Conventum ad *P*hilosophiæ studendum. Sub tit. *P*rovincia Aquitaniæ Antiquioris, 9. Sept. dedit licentiam commorandi Cantabriæ *P*. *Fr*. *F*rancisco Castet. Die 24. Sept. dedit obedientiam *P*. *Fr*. Bernardino Vinau, Sacerdoti ad *P*rovinciam Burgensem. = Die 10. Decembris anni 1672. Matriti dedit licentiam celebrandi, & præsidendi Congregationi Capitulari, *P*rovinciali hujus *P*roviociæ. Die 14. instituit *P*rædicatorem *P*. *Fr*. *F*ranciscum Malaucet = Die 30. Decembris dedit licentiam pergendi devotionis causa Romam *P*. *Fr*. *F*ulgentio Zebie, Lectori Theologiæ cum socio.

502. Sub tit. *P*rovincia S. Ludovici, 4. Decembris 1670. dedit litteras patentes ad studendum Compluti *P*. *F*. Bonav. Quodert = Die 14. Iulij 1671. remissit in *P*roviociam Immaculatæ Conceptionis *F*. Tussanum Campmas, & *F*. Gabrielem Calniel, ut ibi studerent = 21. Iulij ad idem *Fr*. Antonium Loal = 2. Augusti dedit litteras *Fr*. *F*rancisco Terrise, ut iret in Valentiam ad reficienda organa = 5. Oct. *FF*. Petro Guarin, & Antonio Balen, ut Burgis studerent = 30. Maij 167?. dedit litteras institutionis *P*rædicatoris *P*. *Fr*. Antonio Loal, & obedientiam, ut in suam rediret *P*rovinciam, & alia.

503. Sub tit. Provincia S. Dionysij, die 28. Sept. anni 1670. expedivit litteras executoriales favore *P*. F. Benedicti Allart, absolvendo eum à quibusvis pœnis, in quibus sua Provincia condemnavit eum usque ad dictum diem, ut latè constat ex lite quæ originaliter manet in hoc Archivo = Sub tit. Provincia Conceptionis Aquitaniæ Recollectorum, ibi: Die 15. Octobris anni 1671. Matriti dedit licentiam visitandi limina *A*postolorum, & Domum Lauretanam P.F.*P*hilipo Candalle Sacerdoti.

504. In eodem regesto ejusdem Rmi continuatur ejus exercitium in secundo libro. Die 9. Maij 1671. Villavitiosæ dedit obedientiam in suam revertendi *P*rovinciam *Fr*. *P*etro *P*auplin laico = Sub tit. *P*rovincia *F*ranciæ *P*arisiensis, & sub eodem tit. 27. Maij 1673. dedit litteras patentes ad visitandam *A*quitaniæ *P*rovinciam *P*. *Fr*. Laurentio de Echars, Ex-Ministro *P*rovinciali.

505. In eodem secundo libro sub tit. *P*rovincia Turoniæ *P*ictaviensis: 31. Ianuarij anni 1671. Ulysipone dedit litteras parentes *P*. *Fr*. Ludovico Batalla, Sacerdoti, transeundi ad Provinciam Algarbiorom. Et 3. *F*ebruarij eidem ad *A*quitaniam Recentiorem = Die 5. Maij anni 1672. Corduvæ dedit litteras *P*. *F*. *F*rancisco Eumonth Sacerdoti, & Prædicatori, ut ad hanc suam regrederetur Provinciam.

506. Sub tit. Provincia Aquitaniæ *A*ntiquioris 4. *A*ug. 1671. in Cerbera dedit licentiam pergendi Burdigallum P. F. *A*ndreæ Roquer = 19. Ianuarii instituit Confessarium *F*. Bernardum Thomas Comarricu = 17. *F*ebruarij Corduvæ dedit litteras peregrinationis in *R*omam, & Lauretum P. *F*. Nicolao Draprat, & F. Ioanni Drobillart = 2. *A*prilis 1672. Toleti dedit licentiam eundi in Civitatem Cita P. *F*. *P*io Heberad = Ulyssipone 11. Iulij dedit obedientiam *P*. *F*. Bernardino *P*ortaret, ut in suam reverteretur *P*rovinciam = 25. Maij dedit licentiam *F*. Chrisologo Valet revertendi in suam *P*rovinciam: Et ibi plura alia. =

507. Sub tit. Provincia S. Bonav. 20. Aprilis 1672. Valentiæ dedit obedientiam revertendi in ſuam Provinciam F. Joſepho Maſnat: Ibique alia = Sub tit. Provincia Aquitaniæ Recentioris ibi: 13. Decembris 1670. deſtinavit ad Provinciam Cartaginenſem P. F. Antonium Thomas, ut ibi ſtuderet = 23. Ianuarij 1671. Ulyſſipone confirmavit totum Capitulum, celebratum per P. Peirelongue 18. Oct. anni 1670. = 16. Martij 1672. Provinciali dedit facultatem celebrandi, & præſidendi in Capitulari Congregatione ſuæ Provinciæ = 8. Iunij inſtituit Lectorem Philoſophiæ F. Bonaventura Rollen. =

508. Sub tit. Provincia S. Bernardini Recollectorum die 2. Maij anni 1571. dedit licentiam aſſiſtendi Pariſiis per annum P. *F.* Deſiderio Trollier Prædicatori = Ulyſſipone 23. Oct. 1672. dedit licentiam permanendi in Provincia S. Ioannis Baptiſtæ, Diſcalceatorum Valentiæ, uſque ad novum ordinem F. Mattheo Arnaud.

509. Sub tit. Provincia Conceptionis Aquitaniæ Recollectorum die 19. Auguſti anni 1671. dedit licentiam F. Placido de Haroſtegui, filio hujus Provinciæ in Pampilonam = Die 3. Febr. 1672. Corduvæ dedit litteras patentes eidem F. Placido de Aroſtegui Diacono, ut Sacerdotio ordinaretur: Et alia =

510. Sub tit. Provincia S. Mariæ Magdalenę Recollectorum Ulyſſipone die 23. Ianuarii 1671. dedit commiſſionem viſitandi Provinciam Britanię P. F. Iubenal Doulcet = Hęc copia concordat cum dicto Regeſto, ad quod me refero: In quorum Fidem propria manu ſubſcripſi in hoc Regali Matritenſi S. Franciſci Conventu die 3. Septembris anni 1749. *Fr. Gabriel Garcia Tapiador*,

Lect. Iubil. & Archiv.

511. In Congregatione Generali Toletana anni 1673. fuit electus in Commiſſarium Generalem hujus Familię Rm̃us Didacus Fernandez ab Angulo: Et non obſtantibus tumultibus bellorum inter Hiſpanos, & Gallos, prętenſionibuſque Commiſſarij Nationalis pro Gallia, exercuit ſuam juriſdictionem in illam Nationem, ut conſtat ex ejus regeſto à pag. 41. ad 58., ubi continentur diverſæ commiſſiones dicti Rm̃i Angulo viſitandi Provincias: Pręſidendi in Capitulis, & Congregationibus: Pręſidentię in Conventibus, diſpenſationes varię, licentię datę, & obedientię: Et nominatim pag. 59. ſub tit. Provincia Britanię Recollectorum ibi: Die 31. Martij anni 1674. Corduvę dedit licentiam revertendi in ſuam Provinciam P. F. Valentino Petro, ei pręcipiendo per ſanct. obedientiam, ut iret via recta. Et in eodem regeſto, pag. 93. ibi: Die 29. Oct. P. Leo Corambeat, reſidens in Provincia Britanię Recollectorum cum litteris Provincialis hujus Provincię acceſſit ad pręſentiam Rm̃i Commiſſarij Generalis Familię, cui dedit licentiam, & litteras obedientiales revertendi in ſuam Provinciam. Angulo continuat.

512. In Capitulo Generali Tolet. 1682. fuit electus in Commiſſarium Generalem Familię, Rm̃us P. F. Marcus Zarzoſa, & exercuit ſuam juriſdictionem in Provincias Gallię, ut conſtat ex ejus regeſto. Et Tabella Capituli Provincialis, celebrati 12. Iunij 1683. à Provincia Aquitanię Recentioris, firmata à toto diffinitorio, & ſignata ſigillo Provincię, quę aſſervatur in hoc Matritenſi Archivo in Schrinio hujus Provincię, affert ibi: *In Miniſtrum Provincialem electus eſt* Item, Sarzoſſa.

P. Chry-

P. Chrysostomus Fortic, *statimque confirmatus per R. A. Commissarium juxta potestatem sibi à Rmo P. Commissario Generali in hac Familia Cismontana datam*. Et licet Rmus Minister Generalis Sormanus voluit concedere istante Rege 3. Iunij 1685. Commissarium Nationalem; tamen salva authoritate Commissarij Familię, ut dictum est num. 93. Et hęc prętensio nonnullorum Religiosorum auditis oppositionibus Provinciarum Observantię, & Recollectorum repulsa fuit in Congregatione Generali Matritensi, in qua inquit Iul. Venet. pagin. 188. sect. 1. die 6. Iunij: Recedente Commissario Generali Familiæ lectæ, & exploratæ sunt Provinciarum syndicationes, ex quarum omnium tenore nihil quidquam censuræ, aut querimoniæ apparuit contra ipsum, imo potius quot syndicationes, tot fuerunt testimonia laudandi.

Item, Chumilla.

513. Anno 1685. 9. Iunij fuit electus Matriti in Commissarium Generalem *F*amiliæ Rmus P. Iulianus Chumilla, & continuavit usque ad annum 1688.: Et ex ejus regesto constat, exercuisse suam jurisdictionem in omnes Provincias Galliæ, expediendo commissiones visitandi Provincias, celebrandi Capitula, & Congregationes, & in eis præsidendi, variasque concedendo dispensationes, gradus Prædicatoris Generalis, & varias licentias. Et sub tit. Provincia immaculatæ Concep: Recollectorum, ibi; 12. Iunij anni 1685. dedit licentiam visitandi liminia Apostolornm F. Estephano Barbij laico = Eodem die dedit licentiam accedendi ad præsentiam Ministri Generalis P. *F.* Ludovico Lamarque laico = 9. Ianuarij anni 1686. dedit litteras obedientales *F.* Eustachio de S. Martin, ut Theologiæ studeret in Provincia Angelorum. Et 19. Martij 1687. eidem litteras patentales, ut Sacerdotio ordinaretur. Et pag. 230. refert, misisse Patentes convocatorias ad Capitulum Generale in omnes Provincias Galliæ a Matrito diebus 25. 26. & 27. Augusti anni 1687.

Item, Hernandez de la Torre.

514. Anno 1794. =29. Maij in Capitulo Victoriensi fuit electus in Commissarium Generalem Familiæ Rmus P. F. Hyacinthus Hernandez de la Torre: Et ex ejus regesto constat, exercuisse suam jurisdictionem non solùm in Provincia Observantes Galliæ; sed etiam Recollectorum: Nam sub tit. *P*rovincia S. Dionisij dicitur: *P*atentes Visitatoris *P*rovinciæ S. Andreæ in Belgio R. *P.* F. Hyacinrho le Feure, Ministro actuali: Secundo loco *P.* Ludovico le Feure, Ex-*P*rovinciali S. Antonij in Artesia: In tertio loco *P.* Candido Cangi, *P*rovinciali actuali Artesiæ Victoriæ 1. die Iunij 1694.

Item, Cardona.

515. Anno 1696. die 2. Februarij propter mortem Antecessoris fuit electus in Vice-Commissarium Generalem Familiæ Rmus *P.* F. Antonius de Cardona, & ex ejus regesto pag. 106. constat, die 2. Martij anni 1696. dedisse litteras obedientales permanendi in *P*rovincia Cantabriæ *P.* F. Fabiano a S. Augustino, filio *P*rovinciæ Conceptionis Recollectorum in Aquitania = 30. Martij 1697. dedisse litteras patentes R. *P.* F. Benedicto Membile, Doctori Theologo Ex-*P*rovinciali *P*rovinciæ Aquitaniæ Recentioris, ut cum Socio veniret in Civitatem Ciracusanam. Et 3. Decembris ejusdem anni Rmus Minister Generalis Romæ approbavit recursum factum ad Commissarium Generalem Famiiiæ à R. *P.* Membile, contra *P.* Delmon = 18. Iunij 1697. dictus Rmus Cardona dedit obedientiam *P.* F. Mauritio Francisco

*P*on-

Pontot, filio Provinciæ S. Bonav. ut Castellæ studeret: Et denique ultra plura alia expedivit litteras convocatorias ad totam Nationem Galliæ pro Capitulo Generali celebrando anno 1700.

516. Anno 1699. fuit electus in Vice-Commissarium Familiæ Rmus Ludovicus de la Torre, qui ante assumptionem in Generalem Ministrum expedivit varias litteras superioritatis, & inter alia litteras circulares suæ electionis in Vice-Commissarinm Familiæ. Item, Matriti 9. Decembris anni 1699. expedivit litteras patentes, ut P. Fr. Ludovicus Dugal rediret in suam Provinciam S. Bonaventuræ. 10. Decembris 1699. dedit licentiam P. F. Apolinari Vernet, filio Provinciæ S. Bernardini Recollectorum in Gallia, ut in præsentiam iret Rmi Ministri Generalis, ut constat ex dicto Regesto pag. 117.

Item Ludov. de la Torre.

517. Rmus Joannes Sotus electus in Capitulo Generali 1723. in Commissarium Generalem Familiæ, non solum expedivit plures litteras circulares in Recollectos Galliæ, ut dictum est num. 454., sed 10. Octobris dedit litteras patentes P. F. Cesario Poserandi Prædicatori, & Ex Diffinitori Recollecto Marsiliæ. Item, litteras obedientiales 12. Nov. 1724. F. Damaso de Mija, F. Eugenio Caupel, & F. Gilberto Bescofre, filiis Provinciæ SS. Sacramenti Recollectorum. Item, F. Eutropio Martin Prædicatori, filio Immaculatæ Conceptionis Aquitaniæ, ut incorporaretur in Provincia Cantabriæ. Et R.A.P. Gravois in memoriali præsentato ad Sanctiss. pro Provinciis Recollectis Galliæ fatetur recursum factum a P. Eleazaro del Mon ad Rmum Sotum, dum erat Commissarius Familiæ, & non impugnat recursum, sed relationem falsam ab Eleazaro factam.

Item Joannes Sotus.

518. Reverendissimus Lossada tempore Reverendissimi Ministri Generalis Laurini, 9. Augusti 1640. ut constat ex ejus regesto tit. Provincia S. Mariæ Magdalenæ Recollectorum in Gallia, dedit litteras obedientiales F. Valrriano Robiou, laico professo hujus Provinciæ, absolvendo eum ab apostasia, ut reverteretur in suam Provinciam, & præcipiendo Provinciali, ut eum charitative reciperet. Et 19. Novembr. 1740. alteri Hiberno commoranti in eadem S. Mariæ Magdalenæ Provincia confirmavit, & prolongavit facultatem Confessarii. Et expedivit plures alias litteras incorporationis, absolutionis ab apostasia, institutionis in Prædicatorem Generalem, & alia.

Item Dominicus Lossada.

519. Denique Reverendissimus Joannes de la Torre exercuit, ut constat ex ejus regesto pag. 45. ibi sub tit. Provincia Aquitaniæ Antiquioris: 17. Junii anni 1741, hæc Provincia celebrabit Capitulum Provinciale, & remissit Tabulam Capitularem a Rmum. Torre, in qua exprimuntur suffragia pro Commissario Generali Familiæ -- Sub titul. Aquitaniæ Recentioris 8. Julii 1741. dedit facultatem Ministro Provinciali hujus Provinciæ celebrandi, & præsidendi in Congregatione Capitulari – Sub tit. Provincia S. Bonav. 14. Julii 1741. Rmus. Torre accepit litteras Provincialis hujus Provinciæ, in quo certiorabatur, litteras circulares electionis Rmi. Torre in omnibus Conventibus intimasse; omnes libenii animo obediisse, & sibi gratulari, eo quod haberent tatem superiorem Generalem Familiæ, & remisit tabulam Capituli Provincialis, celebrati 27. Maii ejusdem anni -- Sub tit. Provincia Franciæ Parisiensis 28. Augusti 1741. expedivit litteras commissionales directas ad R. A. P. Augustiuum Bordet Doctorem

Item, Joannes de la Torre.

Sorbonicum, & Ex-Diffinitorem Generalem, ut procederet prout de jure super nullitatem electionis Vicarii Provincialis P. Guillelmi Rafellin propter renuntiam P. Poison -- 2. Oct. 1641. dedit licentiam eundi Hierosolymam P. F. Josepho Parquii Sacerdoti, filio Provinciæ S. Ludovici in Gallia, & annis præteritis usque ad præsens continentur diversæ commissiones dicti Rmi. Torre, visitandi Provincias, præsidendi in Capitulis Congregationibus, dispensationes variæ, & licentiæ datæ pro Provinciis magnis Observantibus Galliæ -- Item, in hoc Archivio continentur variæ Provincialium liteteræ, & aliorum Galliæ Patrum, qui ad Rmum. Torre pro gubernio Provinciarum recursum faciunt, necnon pro aliis negotiis.

Rmus Lugagnanus remittit negotia Galliæ ad Rmum Torre.

520. In Provincia S. Ludovici Ep. F. Bartolus Drujon Lector pro jure jubilationis novem annorum, exclusus a Lectoratu per RR. PP. Diffinitorii in Congregatione Marsiliæ, habita 21. Oct. 1748., ad Reverendissimum Ministrum Generalem suum fecerat recursum: Qui respondit: *De rebus tuam Provinciam concernentibus attinet immediate cognoscere ad R. P. Familiæ Commissarium, ad eum poteris tuum facere recursum, at etiam de ejus æquitate favorabilem decisionem obtinere; sed quoniam ad hunc effectum consequendum possunt æquidem attestationes nobis a te transmissæ, multum deservire, eas hic annexas devolvimus. Vale, &c.* Et cum his litteris recursum fecit ad Reverendissimum Torre.

Iste exercere suam authoritatem etiã in Recollectos.

521. Qui non solum exercuit suam jurisdictionem in Observantes Galliæ, sed etiam in Provincias Recollectorum, quibus misit non solum litteras suæ electionis cum variis documentis, sed etiam plures alias circulares ptout de more, ut constat ex num. 454. præcipiendo Provincialibus earum observantiam: Qui libenti animo fecerunt, ut constat ex eorum litteris responsivis num. 457. 458. & 459. -- Et non solum dedit P. Ripert, ad petitionem totius Diffinitorii facultatem celebrandi Congregationem Provinciæ S. Bernardini, sed etiam ad plura alia negotia, spectantia ad gubernium Recollectorum, ut constat ex ejus Regesto: Ubi tit. Provincia S. Mariæ Magdalenæ Recollectorum 25. Januarii 1744. absolvit a pœnis apostasiæ Fr. Emericum Gandon de Morane, prræcipiendo ei per sanct. obedientiam, ut rediret in suam Provinciam S. Mariæ Magdalenæ, & Provinciali, ut eum charitative reciperet -- Item, expedivit alias litteras, in quibus præcipiebat omnibus Guardianis etiam Recollectis viæ, ut pro assecuratione ejus sufficientem darent custodiam.

Declaratio Capituli 1670. firma manet ex observantia immediata usque ad præsens.

522. Ex quibus constat, Commissarios Generales Familiæ exercuisse suam jurisdictionem cumulative cum Ministro Generali in omnes Provincias Galliæ etiam Recollectorum ab istorum initio usque ad præsens; declarationemque omnium Provinciarum Galliæ etiam Recollectorum factam in Capitulo Generali 1670. firmatam fuisse observantia immediata a die Capituli, scilicet, 24. Maii, usque ad 12. Augusti ejusdem anni, in quo fuit dissolutum Diffinitorium Generale; non quidem clandestine, sed in præsentia totius Capituli, & Diffinitorii Generalis, ipsiusque Ministri Generalis, qui, & expresse confirmavit aliquas expeditiones Rmi Commissarii Generalis Familiæ, ut constat num 487. 487. & 499. Nulla autem datur major declaratio, quam illa, quæ oritur ex observantia immediata, & proxima. Rota De-

Decis.104. num.20. part.7. Decis.172. num.24. part.17. Decis.631. num.17. & seqq. part.19. tom.2. & vide dicta num.485., & 486.

ARTICULUS ULTIMUS.

In quo declaratur status controversia.

523. IN quibusdam litteris a quodam fidelissimo Amico Romæ commoranti ad me missis, dicitur, quod Rmus Raphael a Lugagnano, dignissimus Minister Generalis noster ad fines anni 1645. expedierit quoddam mandatum provisionale: Ne Rmus Torre ullum jurisdictionis actum exerceret in Recollectos Galliæ usque ad finalem causæ decissionem, quam Sanctis. remisit ipsi Ministro Generali cum Diffinitorio decidendam: Et quod Reverendissimus Minister Generalis cum Patribus conscriptis die 2. Septemb. an. 1745. declaravit, & pronuntiaverit, Provincias Recollectorum Galliæ nullimode Commissariorum Generalium nostræ Familliæ jurisdictioni subesse, inhibendo Commissariis Generalibus ullum actum jurisdictionis exercere in dictas Provincias: Et ipsis Provinciis quemcumque recursum ad Commissarios Familiæ sub pœnis contentis in Constitutionibus Greg. XIII. & Clem. VIII. An hoc pronuntiatum fuerit intimatum, & publicatum ignoro: Et solum scio a die mandati noluisse Reverendissimum Torre suam exercere jurisdictionem in Recollectos Galliæ. Decretum Rmi Ministri Generalis in oppositum.

524. Sed quia legibus, & Canonibus est expressum, Rescripta etiam Papæ, & Imperatoris contra jus elicita, debere ab omnibus Judicibus refutari l. Rescripta. 7. Cod. de precibus Imperat. Offerend. & cap. Si quando 4. de Rescriptis. Reverendissimis Patribus in Capitulo Generali congregatis, legitimis hujus controversiæ Judicibus, omni quo possum meliori modo reverenter, debitaque cum submissione sequentia expono: Primo: Quod sententia videatur nulla, quia Minister Generalis non potest limitare, vel minuere authoritatem Commissarii Generalis electi secundum Bullam Unionis sine facultate Capituli Generalis, vel speciali Papæ juxta cap. At si Clerici 4. de judiciis: Et dictum est a num. 33. ad 41., & num. 44. 54. & seq. Et licet Sanctis. remiserit controversiam, ut terminaretur a Remo. Ministro Generali cum Diffinitorio; tamen non dedit facultatem decidendi contra Bullam Unionis, nec expressas Constitutiones Ordinis. Et indubitum est, non posse sine causa, quæ nequit esse perpetua in cassu. Vide additionem ad num. 83. Sine Capitulo Generali, vel speciali Papæ facultate non potest.

525. Secundo. Quia juxta Regulam juris nemo est Judex in propria causa L. un. C. Ne quis in causa judicet ibi: *In re enim propria iniquum admodum est alicui licentiam tribuere sententiæ*: Et ad remissionem factam a Sanctis. ex positum ei fuit, Ministrum Generalem testari, se ad evidentiam cognovisse, jus omne stare pro Oratoribus: Quæ expositio si non fuit obreptitia, & subreptitia erat in propria Judicis causa. Ideo protestatio de nullitate Judicii facta a R. A. P Commissario Curiæ erat admittenda. Nemo Judex in propria causa.

526. Tertio; Quia Sententia lata ex falsis instrumentis, & testimoniis, est nulla. L. ult. C. de fals. Instrum., ut inquit Reiffenst. lib.2. Sententia lata ex falsa relatione est nulla.

lib.2. Decretal. tit.25. §.2. num.68. ibi: *Cum falsorum instrumentorum prætextu lata sententia usque ad 20. annorum spatium valeat. retractari veritate comperta*: Ex cap. Cum venerabilis 6. §. Licet autem hoc cit. Et idem Reiffenst. tit.27. §.4. num.131. ibi: *Sententia lata ex falsis instrumentis, & testimoniis, cognita veritate, retractatur, nec transit in rem judicatam*.

Item sententia lata contra jus clarum.

527. Etiam sententia lata contra jus clarum ipso jure est nulla: *Nam quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi*, prout loquitur Regula 68. juris in 6. & affert. Reiff. laudatus tit.27. §.3. n.70. cum legibus ab ipso citatis, & apud ipsum num.72. addit Abbas: *Et jam quæcumque sententia contra leges, Canones ve prolata, licet error in sententia non fuit expressus*. Et num.75. dicit, quod Sententia lata contra jus Constitutionis est nulla, lege expressa. Et notat num.76., quod Sententia lata contra jus Constitutionis dicitur ea, quæ est lata contra leges civiles, vel Sacros Canones, & talis alio nomine appellatur Sententia lata contra jus scriptum, estque ipso jure nulla, quia Judex habet necessitatem judicandi secundum leges, non autem de istis arbitrandi.

Item lata ex falsa suppositione, & ex falso.

228. Sententia autem supra relata est lata ex falsa suppositione, quod Bulla Greg.XIII. contineat exemptionem a jurisdictione Commissarii Generalis Familiæ; hoc autem esse falsum constat a num.106. ad 154. In qua etia suppositione fundatur Statutum Nationale, quod numquam fuit in usu, ut fatentur ipsi Recollecti, & dictum est n.357. & 359. Constat etiam falso dici, semper, & inalterabillter a solis Ministri Generalibus Recollectos fuisse gubernatos: Cum constat etiam fuisse gubernatos a Commissariis Generalibus, electis secundum Bullam Unionis, ut patet a num.453. ad 459. & in toto Art.10. & 11. immediatis, a num.478.

Referuntur 6. falsitates.

529. Tum quia non solum sententia lata est contra Bullam Unionis, toties in nostris Constitutionibus intimata: Sed contra jus clarum, & expressum Constitutionis., & compromissi anni 1670.; contra quæ non adducuntur, nisi quædam falsitates: Primo: Jurisdictionem Commissarii Generalis alterius Familiæ in Reformatos, ut dicitur num.5. Restricti, ortum habuisse a concordato ab eis facto anno 1625. quod esse falsum constat a num.171. ad 178, Secundo: etiam falso dicitur num.7. Restricti, & Summarii, jus Recollectorum habendi Diffinitoratum Generalem, non esse conditionatum, sed absolutum: Fundatum in Statutis 1625.; quod etiam esse falsum constat a num 183. usque ad 197.

530. Tertio: Etiam falso dicitur num.7. Restricti, ab anno 1625. ad 1670. in Capitulis, & Congregationibus Generalibus inconcusse, & inalterabiliter Recollectos habuisse suum Diffinitorem Generalem, ut constat a num.198. ad 209. Quarto, Falso etiam dicitur num.8. Restricti, paucos Vocales Recollectos accessisse ad Capitulum Generalem 1670. ut constat a num.212. ad 216. -- Quinto num.8. Restricti, & Summarii falso affirmatur, aliquos Vocales ex Recollectis non fuisse citatos, & Provinciam S. Dionysii non fuisse sufficienter citatum, ut constat ex num.216. 221. 229. 233. & 234.

531. Sexto: Falso dicitur, appellationem interpositam ad Sanctam Sedem fuisse ab Statutis Capituli 1670., cum fuerit a pœnis incursis

cursis a Vocalibus Provinciæ S. Dionysii propter voluntariam a Capitulo absentiam, juxta declarationem Diffinitorii Generalis, ut constat num.281. & 230.

532. Sic in Capitulo Generali 1700. tit. pro diversis Provinciis in particulari num.22. ibi: Gratiam P. F. Gaudentio de Venetiis Provinciæ Venetæ Observantium in forma commissaria, attento Decreto S. Congr. Episc. & Reg. a Rmo P. Ex-Ministro Generali concessam, declarat Diffinitorium Generale, esse ipso jure nullam: *Quia de falsitate narratorum notorie constat*, eamque vi præsentis Decreti annullat -- Sic R. A. P. Gravois, ut Procurator Recollectorum Galliæ recursum fecit ad Sanctiss. Clem.XII., humillime supplicans pro gratiæ revocatione Diffinitionis Generalis, factæ P. Eleazaro de Mon: *Quia* (dicebat) *constat de falsitate narratorum, & falsitas nemini patrocinari debet*, quam & obtinuit dictus R. A. P. Gravois.

Capitulum Generale 1700. declarat gratiam esse nullam, quia constabat de falsitate narratorum, & idem affirmat Gravois.

533. Tum quia Sententia lata contra jus Constitutionis nequit justificari ex consensu ex concessu partium ut inquit cit. Reiff. lib.2. tit.27 n.76. eo quod consensu, seu pacto privatorum juri publico minime derogetur per text. expressum in cap. Si diligenti 12. de foro competent: Et in casu licet Rmus Torre, & Familia Recollecta Galliæ consensissent, (quod non fecerunt, nec potuerunt quoad jus, licet libenti animo obediant Rmo Ministro Generali) tamen quocumque consensu istorum non derogatur juri publico Religtonis, instituentis Commissarium Familiæ, ne hæc debito Pastoralis regiminis careat beneficio.

Consensu privatorum non derogatur juri publico.

534. Denique sequitur Sententiam fuisse nullam etiam, quia lata inaudita, nec citata Religione, & Familia, quæ ex parte sua compromissum adimplet, & potest agere actione, ut dictum est num.294. & sequentibus; & citatio censetur esse juris Naturalis, & Divini, quod nec per Principem tolli potest. Reiff. lib.2. tit.3. §.2. num.68. cum Abbat. juncto textu c. 1. de causa posses. & propr. dum Pontifex, inquit: Nec nos contra in auditam partem aliquid possumus diffinire. Ph. Decis. Cons. 483. numer. 28., & Cons. 606. numer. 11. inquit: *Videtur Imperator hoc fecisse ex mala informatione, quoniam intentio sua est, ne inde injuriarium nascatur occasio, unde jura nascuntur, ut ipse Imperator dixit* in l. meminerint ff. unde vi. & Barbos. de potest. Episc. part.3. Alleg.124. num.8. cum Rota: Sententiarum latam contra Ecclesiam citato solum Episcopo, esse nullam.

Fuit lata inaudita parte.

535. Ideo constanter Religio nostra Seraph. semper servare procuravit jura Familiarum in suis Capitulis Generalibus. In Tol.1633. confirmatis ab Urb. VIII. tit. pro utraque Familia, ibi: *Pro totius Ordinis, & Familiarum mutua pace, unanimi consensu totius Capituli Generalis declaratum est; omnino, & inviolabiliter servari debere utriusque Familiæ jura, & terminos, prout ab initio Religionis Familiarum divisio Cis; & Citra Alpes ordinata est, & in tali divisione Bulla Unionis quoad Prælatorum Generalium electionis, & totius Religionis regimen est fundata ... & ad evitandas perpetuas inquietitudines est necessarium supplicetur ex parte totius Religionis suæ Sanctitati, ut dignetur authoritate Apostolica Ordinis, & Familiæ jura quoad terminos conservare, & illa ubi violata sunt restituere.* Hæc Capitulum Generale.

Capitula Generalia præcipiunt observari jura Familiæ.

Idem petit Natio Gallicana, & Familia ejus Recollecta.

536. In Schrinio Provinciæ Franciæ, m.2. num.27. in hoc Archivo Matritensi refertur quod ad Provincias Galliæ pervenit Epistola Reverendissimi Ministri Generalis, data die 6. Februarii an.1708. in qua eis proponit tres vias celebrandi Capitulum Generale, ut serio præmeditarent, quænam esset aptior. Prima via proposita erat celebrandi Romæ, vel Assisiis, & tota Natio eam repudiavit, & nominatim Provincia Recollectorum Britaniæ, S. Dionysii, S. Mariæ Magdalenæ, SS. Sacramenti, Conceptionis Aquitaniæ, & S. Francisci Recollectorum, quarum responsivæ Epistolæ originales reperiuntur in dicto manip. & inter alia dicunt, quod non sine injuria maxima juri alternativæ Familiæ nostræ derogaretur: Et ideo omnes constanter responderunt: *Inviolabiliter jura Familiæ tueantur, & serventur*.

Jus Familiæ est habere in ea Prælatum Generalem.

537. Jus autem Familiarum est, quod unaquæque habeat sunm Prælatum Generalem in Familia: Et Familia Recollecta non est privanda ab hoc jure Familiæ: Nec Commissarius Familiæ a sua jurisdictione in tota sua Familia, præcipue dum a Capitulo Generali, vel a Papa non est designatus Commissarius Generalis Nationalis loco Commissarii Familiæ pro aliqua congerie Provinciarum.

Item habere 10. Diffinitores Generales.

538. Jus Familiarum est, quod unaquæque, hodie, habeat 10. Diffinitores Generales, ex quibus unum privative quoad alias congeries obtinent, & habent Provinciæ Recollectæ Galliæ: Et ad hunc honorem obtinendum determinate pertineant ad hanc nostram Familiam; quo ad obedientiam autem ad Prælatos Generales non vult Rev. A. P. Gravois quod magis sint hujus nostrę Familię, quam alterius Familię: Et in hoc non derogatur Familię? Et hoc stabiliri potest in audita Familia, spernendo compromissum Familiæ, & totius Religionis?

Facultas declarandi dubia est dum authentice fiat in Capitulo Generali, & ita expedit.

539. Quare Kerckh. cap.8. §.11. num.17. intelligit Statuta Generalia, concedentia facultatem Ministro Generali, explicandi, & interpretandi, declarandique dubia, & difficultates, quæ circa Ordinis statuta oriri possunt, donec in sequenti congressu Generali autentica fiat declaratio, & interpretatio. Et cap.7. §.16. num.10. ait: *Ut omnia ordinate fiant, præstaret, ut in similibus nihil attentaretur sine consilio, & consensu Capituli Generalis, aut Familiarum respective ad quas spectat*.

Vicario Generali præcipitur traduceret ad Capituum Generale dissidia Galliæ, ut per totum Capitulum judicentur.

540. Ideo ab antiquo Congregatio Generalis Romana anni 1557. apud Chronol. Seraph. pag.231. & Gub. tom.3. pag.346. sic habet: *Quia in Gallicis partibus contra Commissarios Nationales Illmi & Rmi Protectori, & Apostolica authoritate a Rmo Generali Ministro institutos, disidia, tragidiæ, & rebeliones in totum Ordinem, imo in Sedem Apostolicam excitatæ, & intentæ sunt, statuit ut Rmus P. Vicarius Generalis in Galliæ Provincias trajicere teneatur; & ea omnia ... ad Capitulum Generale, per illud decidenda traducat ut ea quæ in totum Ordinem, præsumpta invenimus, per totum determinari, & judicari debeant*. Hæc Constitutio.

Hoc supplicat Orator.

541. Dissidium excitatum contra Commissarios missos a Protectore, & a Ministro Generali authoritate Apostolica judicatur contra totum Ordinem, imo in Sedem Apostolicam: Et præsens dissidium æquali, vel majori ratione debet judicari in totum Ordinem, & in Summum Pontificem, cum sit expresse contra Capitulum Generale 1670. celebratum Præside Nuntio Apostolico cum speciali falcultate Pontificia.

542 Ideo

542. Ideo supplicat Orator, judicetur hæc materia a toto Generali Capitulo, & orat, præcipiatur, serventur Statuta Generalia, præcipue anni 1670. & specifice compromissum factum in tali Generali Capitulo tit. pro Gallis num.4. sub gravissimis pœnis: Ut conservetur unitas, & prax Religionis: Ne labor Capitulorum Generalium sit inanis: Ut Capitula Generalia possint leges condere sufficienti vigore: Et ne Familia Recollecta Galliæ careat debito Pastoralis regiminis beneficio, & conservetur in sua libertate recurrendi ad Præcatum Generalem in Familia existentem, sicut aliæ congeries Provinciarum totius Religionis.

BEATISSIME PATER.



RO parte decem Provinciarum Recollectorum Ordinis Sancti Francisci in Gallia existentium Sanctitati Vestræ humillime repræsentatur, qualiter inter alia pro fœlici, ac prospero ipsorum gubernio à Clemente VIII. in sua Constitutione -- *Pro injuncti nobis* -- sub die 26. Martii 1601. disposita, unum fuit, quod iidem à solo Ministro Generali Ordinis, nullo autem modo ab aliis Superioribus, sive Commissariis de Observantia gubernarentur, & hoc cum Decreto, & clausula irritante, cum expressa derogatione Bullæ Leonis X. *Unionis* nuncupatæ, sub pœnis excommunicationis latæ Sententiæ ipso facto incurrendæ ab omnibus, qui aliquid in contrarium attentarent, & sublata facultate tam generalibus Ordinis Capitulis, quam quibuscumque aliis Tribunalibus aliquid in contrarium peragendi: Et licet Commissarii Generales Ultramontanæ Familiæ, vi præfatæ Bullæ *Unionis* electi, suam aliquando Jurisdictionem super præfatos Recollectos extendere tentaverint, nunquam tamen illud consequi potuerunt; imo cum in Capitulo generali anno 1670. Vallisoleti celebrato Vocales Recollecti inducti fuissent ad declarandum in scriptis, se in legitimos Superiores admittere dictos generales Commissarios pro tempore existentes, audita in Provinciis tali declaratione, unanimiter æb omnibus, ut nulliter, & attentate extorta, & facta, fuit rejecta; & quædam patentes litteræ, vigore illius, à Commissario Familiæ tunc electo expeditæ, absque ulla nec executione, nec publicatione in Gallia remanserunt, & ab eo tempore usque ad præsens dictæ Recollectorum Provinciæ à solis Ministris Generalibus inconcusse, & inalterabiliter fuerunt gubernatæ. Cum autem, his non obstantibus, Pater Joannes de la Torre modernus Familiæ Ultramontanæ Commissarius varios jurisdictionis actus super dictos Recollectos, non sine magna eorundem perturbatione, & inquietitudine, exercere tentasset, Superiores dictarum decem Privinciarum unanimiter apud Ministrum generalem Ordinis recursum habuerunt ad hoc, ut prohiberet eidem Patri de la Torre, aliisque Familiæ Ultramontanæ Commissariis generalibus pro tempore existentibus, ne eosdem Galliæ Recollectos, eorumque Provincias perturbare audeant, ullumque jurisdictionis actum super illos exercere, sub pœnis in memorata Clementis VIII. Constitutione contentis; Causaque coram eodem Patre Generali spatio duorum annorum agitata, & pluries discussis Partium rationibus, ac habito in scriptis Voto Patris Procuratoris Generalis totius Ordinis: Patris de Molina Provinciæ Discalceatorum Valentiæ in Hispania primi Patris, & eorumdem Procuratoris Generalis: Ac Patris Vincentii Antonii de Caprarola Observantis Provinciæ Romanæ Ex-Provincialis, & totius Ordinis Diffinitoris Generalis, qui omnes unanimiter declararunt, & fuerunt in voto, constare de bono Jure Recollectorum, Sperabant iidem Recollecti Sententiam tandem decisivam obtinere; Sed Pater Generalis, quibusdam præpeditus scrupulis, sequens tantum protulit Decretum, videlicet.

Fr.

Cum Pater Fratrer Joannes de la Torre Commissarius Generalis Familiæ Ultramontanæ quosdam actus jurisdictionales exercuisset super collectos Galliæ, illico reclamarunt iidem coram bon. mem. Patre Fr. Cajetano à Laurino Prædecessore nostro, prætendentes, se vigore variarum Constitutionum Apostolicarum, Statutorum suorum municipalium, & consuetudinis immemorabilis, dictis Familiæ Commissariis nullimode subjacere, sed solummodo Ministris Generalibus Ordinis pro tempore existentibus, ac institerunt, ut eidem Patri Joanni de la Torre, ac aliis Familiæ Ultramontanæ Commissariis Generalibus pro tempore existentibus prohiberet, ne similes actus in posterum exercere auderent. Admisso, ac cepto recursu, ipsum Patri de la Torre transmisit idem Prædecessor noster, mandans, ut super eo sua deduceret jura, prout fecit sub die 17. *Novembris anni* 1743.; *Cumque exinde Patres Recollecti eidem Patri Cajetano à Laurino Scripturam cum Summario Typis Impressam exhibuissent, in qua ipsorum confirmabatur totalis à Commissariis Generalibus Familiæ independentia, hæc quoque Patri Commissario de la Torre remissa fuit, qui respondens sub die* 17. *Februarii anno* 1744. *varia deduxit ad propugnandam prætensam suam jurisdictionem, eisque doductis, judicio ejusdem nostri Prædecessoris se libentissime submisit, ut legitur in ipsius Patris Commissarii Epistola*, ibi--Hæc sunt, Rme Pater, quæ mihi pro nunc occurrerunt zelo, prudentiæ, ac æquitati V. P. Rmæ proponenda ad satisfaciendum objectis à R. A. P. Gravois, *vestræ æquitatis erit judicium ferre, meum in omnibus obedire-- E vivis sublato memorato nostro Prædecessore, iterum apud nos institerunt Patres Recollecti pro ultima litis decisione; Unde die prima Octobris anni mox elapsi omnes Discretorii generalis Patres in Urbe existentes congravimus, & consilio super præfata Causa cum ipsis habito, Decretum edidimus, quo Patri Commissario de la Torre præcepimus, ut infra terminum sex mensium sua jura legitime ulterius deduceret, prohibentes eidem, ne ullum jurisdictionis actum super Recollectos Galliæ exerceret usque ad finalem causæ decisionem; quod quidem provisionale decretum admisit idem Pater, eique, ut par erat, obtemperavit. Cumque sua jura, pro tertia vice, novis præsentari curasset, ac pro decisione litis instantiam iterum renovassent Galliæ Recollecti, votum in scriptis exquisivimus quatuor Ordinis nostri Patrum, quorum tres absolute censuerunt dictos, Recollectos in omnibus, & per omnia immediate subesse Ministro Generali Ordinis, nullamque super eos Commissariis Generalibus Familiæ competere jurisdictionem; quartus vero in voto fuit, nos non posse causam decidere, eo, inter alia, dictus motivo, quod ageretur de nostra jurisdictione, quodque nemo potest in propria causa esse Judex, neque judicare, an sua sit jurisdictio. Omnibus autem attente, & mature per nosmetipsos discussis, & examinatis; Cognito ad evidentiam, jus omne pro Recollectis Galliæ stare; Perpenso insuper, quod discordias, & lites inter Religiosos nostræ curæ commissos non sine religiosæ pacis, & paupertatis Fracíscanæ præjudicio exortas extinguere, ac terminare nostri esset muneris, & officii, quodque de nostra jurisdictione dubitandum nobis non esset, præsertim cum a duobus annis à Patribus collitigantibus semper recognita fuisset,* &

& pro legitima admissa, determinavimus Sententiam pronuntiare, & negotium spatio duorum, & ultra annorum ad nauseam usque discussum, , & examinatum terminare. Sed ex inproviso coram nobis stetit P. Joannes Franciscus de Iduri in hac Romana Curia Commissarius Generalis, protestans de nullitate judicii, casu quo ad dictam Sententiam deveniremus. Quare consilium, & votum pro veritate iu scriptis exquisimus ab Illustrissimo D. Hieronimo Tozzio Sacri Consistorii Advocato, cujus mens, & resolutio fuit, nos in hac Causa judicare posse, & protestationem à Patre de Iduri, ut supra, factam, nimis serotinam esse, ac in nihilo prorsus attendendam; Tum quia Pater Commissarius Torre spatio duorum annorum factis, & scriptis in jurisdictionem nostram, & nostri prædecessoris consensit, præsertim in Epistola supra relata; tum etiam quia Pater Iduri Protestans eamdem jurisdictionem ut legitimam pluries agnovit, sive dum jura à Patre Torre sibi transmissa nobis præsentavit: Sive dum Decretum provisionale die prima Octobris emanatum ipsemet, ut Commissarius in Curia Romana, subscripsit. Quia tamen idem D. Advocatus Tozzius ulterius fuit in voto, nos non teneri ad Causam definiendam, sed posse, imo debere ex lege decentiæ, & honestatis nostra jurisdictione non uti, & Causam ad aliud Tribunal remittere; ideo Causam hanc definiendam remittimus ad ipsam Sanctitatem Suam, de cujus erga Ordinem nostrum benignitate speramus, quod ipsam auctoritate sua Apostolica terminare non dedignavitur. Datum in hoc Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli die 23. Augusti 1745.

Fr. Raphael a Lugagnano Minister Generalis.

Attentis igitur omnibus supra expositis, ac præsertim quod Pater Generalis in præsenti decreto tstatur, se ad evidentiam agnovisse. jus stare pro Oratoribus, seque, post examen causæ ad nauseam usque factum, paratum & promptum fuisse ad pronunciandum favore Oratorum, sed postea ob merum scrupulum à ferenda sententia abstinuisse; attento voto trium ex principalioribus Ordinis Patribus idem unanimiter sentientium, quorum duo sunt Observantes Italiæ, & alius Hispaniarum Discalceatus; attento tandem, quod jus Oratorum fundatur super citatam Bullam Clementis VIII. à variis Pontificibus confirmatam, super omnia Recollectorum Galliæ statuta muncipalia, & super praxim ab immemorabili tempore numquam interruptam, prout notorie agnoverunt tum Pater Generalis, tum memorati Ordinis Patres, Sanctitatem Vestram humillime supplicant Oratores, ut per litteras in forma Brevis delarare dignetur, dictas Recollectorum Provincias in Gallia existentes soli Ministro Generali Ordinis esse subiectas, & nullimode Commissariis Generalibus Familiæ Ultramontanæ, ac proinde sub pœnis in memorata Clementis VIII. Constitutione contentis, Patri Joannis de la Torre, ac aliis pro tempore existentibus Familiæ Commissariis prohibere, ne ullo modo præfatas Provincias, earumque Religiosos perturbare, & inquietare audeant, ac ullum, vel minimum jurisdictionis actum super eas, vel eos exercere; & similiter Recollectis inhibere, ne ad dictos Commissarios recursum habeant, ut ipsorum mandatis obediant.

Et Deus, &c.

RESCRIPTUM SANCTISSIMI.

Al Padre Generale, che col Definitorio termini la presente controversia. 11. Settembre 1745.

BENEDETTO PP. XIV.

DECRETUM.

IN Nomine Domini, Amen = Cum Sanctissimus per suum *Rescriptum* propria manu exaratum die 11. currentis Septembris nobis infrascriptis præcipere dignatus sit, ut controversiam jurisdictionalem inter Reverendissimum Patrem Torre Commissarium Generalem Ultramontanæ Familiæ, & Provincias Recollectorum Galliæ vertentem terminemus; In unum congregati, visis omnibus videndis, ac pluries examinatis rationibus hinc inde deductis, Deum solum præ oculis habentes, unanimiter, ac concorditer omnes, & singuli declaravimus, decrevimus, ac pronunciavimus, prout per præsentes declaramus, decernimus, & pronunciamus, Provincias Recollectorum Galliæ solius Ministri Generalis totius Ordinis pro tempore existentis, nullimode autem Commissariorum Generalium Ultramontanæ Familiæ jurisdictioni subesse, & subjacere; ac proinde sub pœnis contentis in Constitutionibus Greg. XIII., & Clem. VIII. super his emanatis tam Reverendissimo P. de la Torre, quam aliis Ultramontanæ Familiæ Commissariis Generalibus pro tempore exstituris inhibemus, ne super easdem Provincias, ipsarumque Religiosos ullum jurisdictionis actum exercere audeant; prohibentes pariter iisdem Recollectis sub memoratis pœnis ne ad præfatos Commissarios recursum habeant, vel ipsorum mandatis obediant. Datum Romæ in Conventu de Ara-Coeli die 20. Septembris 1746.

Fr. Raphael a Lugagnano Minister Generalis.
Fr. Benedictus Maria de Florentia Procurator Generalis Ordinis.
Fr. Joannes Franciscus Iduri Commissarius Generalis Curiæ.
Fr. Alexius à Roma Procurator Generalis Reformatorum.
Fr. Petrus Joannetius de Molina Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.
Fr. Vincentius Antonius de Caprarola Deffinitor Generalis.
Fr. Joseph Maria de Fano Definitor Generalis.

Loco ✠ sigilli.

ADDITIO.

SAnctissimus Dominus noster BENEDICTUS PP. XIV. in suo Brevi: *Sacrosanctis Apostolatus Officium*, dato Romæ die 2. Augusti 1748. expedito ad instantiam N. meritissimi Ministri Generalis Raphaelis a Lugagnano habet ibi: *Omnibus, & singulis dicti Ordinis, tam de Observantia, quam Reformatis, Recollectis, & Discalceatis, aut quocumque alio nomine respective nuncupatis professoribus nunc, & pro tempore sub obedientia, regimine, & administratione dicti Ministri Generalis existentibus... in casibus, in quibus Fratribus dicti Ordinis de jure, vel juxta illius Constitutiones appellare, aut recursus habere licet, id non aliter deinceps fieri posse, auctoritate, & tenore præsentium statuimus, & ordinamus, ut gradatim à gravamine scilicet Guardiani ad Provincialem, a Provinciali ad Commissarium Generalem Familiæ (si de negotio, & causa agatur Familiam dicti Commissarii concernente, alias ad Generalem) & ab isto ad Ministrum Generalem... Quam quidem legem non solum in appellationibus, sed in quibuscumque recursibus, & querelis, aut causis inter dictos Ordinis professores quoquomodo agitandis, inviolabiliter observari sub pœnis, &c. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus... quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.*

Ex quo constat Decretum supra positum, ad instantiam N. *R*everendissimi Ministri Generalis, fuisse a SS. D. N. Bened. XIV. revocatum, authoritatemque Commissarii Generalis Familiæ in Recollectos Galliæ, manere illæsam, & etiam facultatem Provinciarum Recollectarum recurrendi ad eumdem Prælatum Generalem, cum Provinciæ Recollectæ subsint N. *R*mo. Ministro Generali, & sint nobilis portio hujus Familiæ Cismontanæ, & *in* ea sine alio Prælato Generali.

Fr. Eugenius de Olozaga.